



**Par**

**109**

**C** Petri Corbeli=  
ni Cenomanensis Adagia=  
les flosculi.



**C** Tetrastichon ad lectorem.  
Qui legis excusos ista sub imagine libros  
Verum Rembolti dixeris esse typum:  
Vendicat hāc aliquis ficto sibi nomine formā  
Vera typo non est huic adhibenda fides.

**C** Venūdant Parrisijs a Claudio Cheuallo in  
vico diui Jacobi sub Sole aureo: r sub intersignio  
sc̄ti Christofori: e regione collegij Cameracēsis.

**L**ū grā & priuilegio,

1800 et 1801

Petrus Corbelin<sup>9</sup> Clarissimo Doctori Theo-  
logo Hieronymo De Hāgest:Dignissimi Ce-  
nomanorum præsulis: Cardinalisq; Reueren-  
di Ludouici Borbonij In Aede Cenomanica  
Vicario Primario Salutem.



Vum forem Calcographis hāc a me  
ex classico rū auctorū viridarijs colle-  
ctam Flosculorū congeriē excuden-  
dorum formis traditurus: necdū vi-  
rū delegissem cui<sup>9</sup> tutela: veluti quo-  
dā suauī Zephīro florerēt floridius  
Pr̄ spectatissime. V nū te mihi: vndiq; radianti singu-  
laris tuę virtutis splēdore: & morū probitate: ce-  
leberrima præbuīt tuī nominis amplitudo: cuīus  
his nostrę Mīnerue( q̄ tula eacūq; sunt) præludijs/  
beniuolētiæ auspicia captarē: qui esse studiosis/ &  
bonę indolis adulescētibus omnibus cōmune Asy-  
lū. Posteaq; enim oculis(vt īvulgō est)eruditis/nō  
fucatū tuum in nostrates amore( quū illuc regiorū  
turba cōmissariorum Duce Adamo Fumee Equi-  
te aurato: & omniū hui<sup>9</sup> ætatis virog; celeberrimo:  
nō sine magna Ciuiū formidine cōuenisset;) circū  
spexi. Nemīnē ex oībus qui mihi arriderēt: prēter  
vnū te intus habui: cui Flosculorū iſtorū præflora  
mēta nūcuparē: dicarēq;. Ad quod etiā plērūq; me  
hortatus est vir inter tuos Cōterraneos nō proleta-  
rius: Enguerrandus a Valle quondā ex Aulicis de-  
functi reuerēdissimi i Cristo patris: Philippi Car-  
dinalis Lucemburgi/nominis nō postremi. Sed te  
meritati meę accessisse ipsum hoc arguet rubigino-

Si dētis homūcio: qui te penitiorib⁹ deditū literis:  
Pappi huius/fili tenuoris: & farina prorsum Plæ-  
beia dealbati: atq⁹ & nutricū nugis cōferēdi nūcu-  
patione interpellare nihil veritus nō erubueri. Ad  
hēc vt Vulturijs hoībus (si mō sint vlli) respōdeā: fe-  
cit iustitię: q̄ i te est legitimę vniuerso virtutis noīe  
in signis (sicuti nos peripatetica iſtruit disciplina)  
integritas. Quę in eoꝝ schola/Habitus electionis  
cōpos i ijs circa q̄ plurimū versaſ vir bonus ad legū  
firmissimā custodiā: & publici boni corollarie / fi-  
niri cōsueuit. Vt i ḡ i ſhi nostri florescētes Flosculi/  
nullo liuidulę mentis ſputo corrūpi: aut tetra liuo-  
ris vredie areſcere poſſint: aut flaccescere oīno: tuo  
nomini veluti cuīdam Cedrino vaſi aſcripſimus.  
Quibusquidē curā/studiūq̄ animi quaſi feriatiōe  
quadam: vt oīl pila puerili Sc̄euola: Socrates &  
Agesilaus harūdine: & fidibus Homericus Achil-  
les / relaxare & remittere poteris. Nāvthoꝝ odore  
(ſi modo quid odoris habēt) tuus reficiat animus/  
grauiorib⁹ dedit⁹ ſtudijs (ne tantilla operis mei exi-  
guitate tui noīs deprimat celsitudo) haud eſt nīræ  
mētis cupīditas. Ceterū vt Flosculos id genus: qui  
nūc primū aī Nasutiōres hoīes ſpargūt: munuscu-  
la boni cōſulas Pr̄vigilātissime: eosdēq̄ tibi nuncu-  
patos facie (vt dī) Comica admittas/oīm i prīmis ve-  
li maxie: putesq̄ nō qđē celebritati ſatisfactū tuā:  
ſed ab audacula imbecillitate noſtra id demū quod  
Nauarræ pturiuīmus: audaciter oblatū. Qui etiā  
maiora partus maturioris germīa (auspice deo) ſiſ  
ſuscepturus. Vale. Ex Regio Nauarre Gymnasio.

# INDEX ALPHABETICA.

<b>A</b> Duersum Phenices Syri.	xxiiij.
<b>A</b> sciam cruribus illidere.	xxv.
<b>A</b> d Architæ Platagen.	xxviij.
<b>A</b> rithmetorum digitis similes.	xlij.
<b>A</b> rgenteo vomere arare.	Ivij.
<b>A</b> pud me nunq <small>uia</small> Harmonium canes.	lxvij.
<b>a</b> βγ.	Ixxxviij.
<b>A</b> lexandri poculum.	Ixxxvij.
<b>A</b> sinus Aegyptius.	cviij.
<b>A</b> utumnalis appetentia.	cx.
<b>A</b> micus vt oleum plantis.	cxj.
<b>A</b> mazones.	cxxxij.
<b>A</b> rgiuo clypeo dignus.	cxlvj.
<b>A</b> ristogiton claudicat.	cxlix.
<b>A</b> duentores	clxvj.
<b>A</b> lter Hercules.	clxvij.
<b>A</b> tergo varij.	clxxxvij.
<b>A</b> criophagorum fato perire.	clxxxviij.
<b>A</b> uribus prouehi	excix.
<b>A</b> cteon laniatus a canibus.	ccij.
<b>A</b> uleum Tragicum.	cc.
<b>A</b> Foculo discedere.	ccvij.
<b>A</b> quilæ senectus	ccxiij.
<b>A</b> coniti vicit.	ccxvij.
<b>A</b> lter Iphiclus	ccxxiiij.
<b>A</b> estiuē bibere.	xcix.
<b>A</b> ethneus venator.	clj.
<b>A</b> egyptium templum.	cxxxix.
<b>A</b> egyptio Scytha non inuidet	xxxvij.
<b>A</b> egyptius Sophista.	xxxviiij.

**C**iij

# INDEX

- Aurea pluuiā vicit Danaen **cxxxiiij.**  
Byssinis verbis vti. **xliij.**  
Basilicam habere. **lxxj.**  
Bonum vicinum habet **cxxxij.**  
Corium pro Corio. **xij.**  
Crater Helenæ. **xxvij.**  
Cantharides nō nisi letioribus innascunt frumentis. **xxxviij.**  
Carcerem instruere **xl.**  
Cotis Figlina **xlviij.**  
Cyclops excēcatus. **l.**  
Capnosphrantes. **Ixj.**  
Cardamo similis **lxiiiij.**  
Cotem nostram. **lxv.**  
Clauo destinare. **Ixx.**  
Clavus æneus. **lxxvj.**  
Coma Lycia. **lxxxviij.**  
Collopi similis **cvij.**  
Conclamare vasā. **cxiij.** **Cercus.** **cxvj.**  
Canterino ritu somniare. **cxxij.**  
Cantarū pilulam **cxxiiiij.**  
Camelus Bactriana **cxxv.**  
Crycus Demosthenis. **cxxvij.**  
Candidatus Cæsaris. **cxxxvij.**  
Cotabissare. **clvij.**  
Comica facies. **clxxj.**  
Canis Lethargus **clxxx.**  
Cuiq; suavror: & mihi mea **clxxxv.**  
Crucifalus. **cxcvij.**  
Coena saliaris. **ccvij.**

# ALPHABETICA.

Cæcus aut puerum aut baculum.	ccxxvij.
Deorum Institutior.	xlj.
De Nasatorum peculio	lxix.
Delphini vis in terra.	cxxvj.
Duodecima hora ædificare.	cxxxiiij.
Diphilus Diphilo tardior.	cxxxviij.
Datis alter.	clxxix.
Dos est sua forma puellis.	clxj.
Dijlaneos pedes habent.	xciiij.
Desultoria scientia.	cxcvj.
Equo Sophocleo similis	cxlvij.
Extra Leucoparyph <sup>9</sup> at int <sup>9</sup> Holoporphyrus.	cxl.
Equus Troianus.	xcij.
Ex Asia pulsus. xxx. millibus Sagittariorū.	xl.
Facere literam longam	vij.
Fabulam ætatis peragere.	xxx.
Fabula fies.	xxxj.
Febris æstiuæ.	xcviij.
Flamines Diales.	ccxj.
Fortibus factis Adoria,	ccxv.
Facundia vehiculum,	cxcvij.
Gorgiæ Senectus	ccix.
Gallica sapientia.	ciiij.
Galeni valetudo.	cvj.
Homo Simia.	cxxxvij.
Herculis calliditas.	clxxvij.
Hermogenes inter pueros	cxl.
Harpyiae.	cvij.
Hiemalis refectio.	ci.
Homo Tetragonus	cci.

¶ iij

# INDEX

In Poesi Damonis Pedotribæ esse crepidas.	xij.
In cubiculo Nola.	xxviiij.
In Aetholis manum habere.	xxxiiij.
In Clopidis mentem habere.	xxxiiiij.
In calceis Lunam gerere.	xxxv.
In digitos mittere.	xlvi.
In digito mori.	xlviij.
Iudex Aegyptius.	xlviij.
Ieiunium olet.	xlxiij.
In triclinio Choa.	lxxij.
Iracundia ieiuna.	lxxxviij.
In iisce; in iisce	lxxiij.
Iam ver adest & vndenam Pauo	cclinij.
In malaco sanum	clxx.
In peculio Proserpinæ	ccxiiij.
Ibiteo quo quis qui zonam perdidit.	ccxiiii.
Insula Sparta expedit senescere.	ccxvi.
In tergo ferre Nemesisim	ccxxx.
Ius Vis      ccxxiij      Leo risit.	ccxxxv.
Lecythum in malis habere.	ccxxxvi.
Leporem moenibus dormire,	cliij.
Licea conuestitus.	cxv.
Lapis super lapidem.	lxxxii.
Literæ mutæ.	lxxxiiii.
Linostholiæ non faciunt Isiacos.	ccxiij.
Laurus crepitans.	ccxx.
Maritimæ mores.	xvi.
Mandragoram bibere.	xix.
Memoria matutina	xxxii.
Missilia expectare.	lix.

# ALPHABETICA.

Mari Dionysium immergere.	lx.
Mopso certior.	lxxxv.
Minerua Phidiae.	xc.
Mantis tevidit.	cix.
Millus canum	cxli.
More Scopeliano librīs in uigilare.	cxlī.
Manu Solœcum facere.	cxlīi.
Menecrates alter.	clxxvii.
Mœsonica Scommata	clxxiii.
Mugil ieiunus	clxvii.
Mirtus Veneris.	ccxxxv.
Miror te hēre maculā/quū Fullonē hēas.	ccxxix.
Mus etiam mordet.	ccxxxv.
Nuda Venus.	ccxxxvi.
Nostrum est laudarī & nostrū vituperarī.	ccxxxiiii.
Nunq̄ nisi plena nauī tollo vectore.	ccxxxii.
Nectar Cytheriacum.	ccviiii.
Naribus hariolari.	ccv.
Nudæ gratiæ	cxci.
Nobilitatem in Astragalis gestare	cxlīii.
Non ex vomitoribus sumus.	clvi.
Nebrida ferre	clxiiii.
Nec grata est facies: cui gelasinus abest.	clxxxvi.
Nunq̄ Hecale fies.	cv
Non si te ruperis.	Ixxiiii.
Numus Spartanus.	iii.
Ouum totus factus.	Ixxx.
Oculi eruditī.	xcī.
Oculos Solis facile decipere.	xcvi.
Optima potio sitis	clxxxiiii.

# INDEX

Optimum obsonium fames	clxxxiiij.
Oculos morsicare.	ccxviii.
Osculana pugna.	cxxi.
Ouis aureo vellere	ccxxxviii.
Parthenon amare.	ii.
Pallas draconem.	vi.
Proœmio malevti.	xxxix.
Platano similis.	livi.
Promiscuo piscin non insunt spinæ	lxvi
Perambulare Crocum.	Ixviij.
Prosopion habet	Ixxvii
Procī Penelopes.	Ixxviii.
Panegyrica.	Ixxxii.
Porcus Troianus.	xciiii.
Perdicis libido	xcv.
Perdicis vafrities.	cxviii.
Pallenicum inspicere	cxix.
Pallephatia Papyrus.	clxxvi.
Proscenia	clxxvii.
Pocula Grammatica.	clxxviii.
Pardalea vestitus.	clxvii.
Pudor infans.	ccii.
Quinquennium Neronis.	cxxxiii.
Quod quum olfacies deos rogabis;	ccii.
Quadrantaria mulier	xxii
Roscium esse in scena.	clxxxi.
Risus Comicus.	clxxii.
Rectis an procluat is hastis	cliij.
Rex sum non mercator.	cxxxii.
Rara in tenui facundia panno.	ccxl.

# ALPHABETICA.

Rara concordia formæ atq; pudicitiae.	cxxxvij.
Saliorum carmina.	ccxli.
Super ignem assari.	ccxix
Sorbillans suauium.	cxcv.
Similis infundibulo	excii.
Senex clarius videt.	cxc
Solis mensa.	Ixxv.
Sulcus Aegypti Lybię arenas nō curat.	Ixxxix
Staterii paries	cxx.
Sub manu.	cxviij.
Sine Corrolario discedere.	cxv.
Strumam Dibapho vestire.	cxii.
Somnus attonitus	ciii.
Septimani Tragedi	ciij.
Senilis valetudo	ca
Supra Mazam.	cxxxii.
Super omnem Irin.	cxlviij.
Simia Tragica.	clv.
Sermo Prætextatus.	clxxxii.
Soles duos non patitur mundus.	clx.
Semiramidis tumulus.	clix.
Sine radio cumulare.	lxix
Sepulchra legere	ix.
Smicrologus.	xj.
Summittere fasces.	xij.
Super Chœnice sedere.	xiiij.
Stragula conuoluta habeto.	xv.
Sambico grauiora pati.	xx.
Seruuus non habet caput.	lv.
Seruuus Ceruuus,	lvi.

# INDEX ALPHABETICA.

Suilla caro.	Ivii.
Suam metuere vmbram.	lxii.
Thesauro dignus.	xviii.
Triplex Cappa pessima.	xxiiii.
Teuthidī similis	li.
Teuthidem non habere.	lii.
Terrestre tonitru	cxiij.
Talus vulturius	cxxx.
Thraciae notæ. clxv.	Trifflare clxix.
Totum diem argutari.	cciiii.
Tres Sirenes.	ccix.
Timor strenuus.	ccxiij.
Timor exanguis.	ccxxi.
Vitrum inter lapides	ccxxxix.
Ventri concenes clxii Virago.	ccxxvii.
Vernis Passeribus Salacior	ccx.
Vulturis Similis.	cxxxviii.
Vulturi Togati	cxxix.
Ventrem non habere	cl.
Vestimenta initiatorum	clviij.
Vmbra canem fallit.	clxxxix.
Vnum quidem sed Leonem.	lxxix.
Verba Cupresso similia	liii.
Vmbram suam metiri	lxiiij.
Vb sum ibi non sum.	xvii.
Venus testudinem calcat.	v.
Virtutem ac sapientiam testudo superat.	i.
Vt Pieriam Phrigius.	xljj.
Vt Sarabaita pius.	ccxljj.

**FINIS TABVLAE**

Petrus Corbelinus Illustrissimo Patri  
Bellī Loci Dignissimo Abbatī. Gau-  
fredo Sueto Salutem.

Sse animi generosi: ac prorsum Hæ-  
roici / munuscula vel ab tenuissimæ  
fortis hominibus oblata nō Pappi-  
facere: verum exorrecta & renidēti  
frōte potius excipere: abūde cognos-  
scis Pater modestissime. Propterea  
quos ego viro Omnicio/ Doctori Theologo Hie-  
ronymo de Hangest/ Flosculos istos (quos hyema-  
les quispiā nuncupabit) dicassē: nolui tibi explora-  
tos nō fieri: vt qui fores sc̄iētificę nouitatis auidi-  
or: illudq; Socraticū pro speculo haberet Vnicum  
esse bonum Scientiā: Inscitiam/ malū vnicū. Nec  
credo has nostri partus primitias matutino despisi-  
caberis supercilio: qui mihi īgentem tuę singula-  
ris amicitię vīm nonnūq; ostenderis: quum praeser-  
tim perinde ac paris fortunę homo/coram tecū cō-  
mentarer. Proinde ad fœliciorem me parietē reci-  
piens: quæ ex multis paleis grana (quæ & in trūia-  
liū ludis personant/ vel īperitissimi cuiuscq; adno-  
tata exchartabulis) collegissem: vt vberius tui ī me  
epullulet amoris incrementū: si ad te mittere: tibi  
fore gratū putauī semp. Iam quoq; ex multis dietū  
Ebdomadibus de me quēsierat vir nominis īte-  
gerrimi: & mei semper amantissimus (qui te ad in-  
star numinis cuiusdā: & habet: & veneratur: & quē  
etiā nō minus excolis. Enguerrādusa Valle: vt qd

dignum tuis titulis: tuis pingetē coloribus. Quid enim præstabilius quidq; exosculandum magis (in quiebat ille) q; a grauibus: & vitæ inculpatæ hominibus (quorum raritatē cum Phenicum multitudine comparabat) adamari? Itaq; ego hāc subiturus aleam non permisi mihi (qui mētem veternoſa ocii rubigine squallētem surrigere altius: & excitare potes) ab nostris odoramentis te inhonaratū pertransire: quibus ocium possis consumere. Ita namq; præcellens tua virtus nominis annexa candori exigere visa est: ne ab his Flosculis (qui tuo ductu floridiores fiant) te villa ratiōe: velut in cultum: innominatūq; dispararem/ sequestrarer ve. Eam igitur obrem in nostros te veluti odorem Flosculos obseruāter admittere volui: ut tuarum virtutum immensitas: quandoq; me forsitan ocio collabentem præfulciret: & ad spacii iam forte arrepti Coronidē: veluti in principio siti anhelantē Stadiodromū animo suis compelleret. Vale: & me semper ama.

Petrus Corbelinus D̄sertissimo Franciā  
sco Briando Iuris Peritiss. Salutem.

Ippocratis ego certe merito dign⁹ iudicarer Homo rarissime: si aliquid animi grati specimē tibi nō offerrem: essemq; velutī Medea Nasonis: potiora cōprobās: secutus tamē deteriora. Quū enim mecum memoria repeto amplitudinē tuog; erga me merito: & animi tuī

benevolentiam non vulgariam: non possum non  
vehementer dolere: qui te huc vscq; incuria insaluta  
tum reliquerim: nullumq; prorsus tui recordatio-  
nis ex me habueris monumētum. Nec me latet in-  
gratitudinem (quam rigidi omnes damnant calcu-  
li) plērisq; olim maximo fuisse detimento: Cuius  
cū in sacris tum in prophanis Historiis suppetunt  
prope exempla mille. Ego vero nunc ad me rediēs  
(ne quicquid gratitudinis inest: videar penit<sup>9</sup> pre-  
termisſe) hoc Flosculo breui te exornatūveli: quo  
lectione multa elanguentis animi detergatur fasti-  
diū. Gaudeo mi Erancisce me adhuc: elementariū  
tuæ ferulæ manum supposuisse: cui a nobis omnia  
prope deberi fatēdum sit: vt inde similes cum Phi-  
lippo Macedonum Diis gratias agā: qui te præce-  
ptore non pœnitendo primos Musarum liquores  
puerilibus labris imbiberim. Præceptores quoq;  
nostros (quod mihi iugiter ante oculos habēdum  
ex Fab.lib.ii. frequenter admonuit Antonius Sil-  
uester vir i re literaria plane detritus: quum nobis  
Aristo. nodos diligētissime ænodaret;) nō minus  
q; ipsa studia: discipuli amare debemus: & parentes  
esse: non quidem corporum: sed mētium credere.  
Nolui igitur tibi quod multorum dierū sudor no-  
bis peperisset/denegare: a quo nil mihi vñq; sit de-  
negatū: honestissimæq; sæpenumero fuerint obla-  
tæ conditiones. Interim vale: Tuosq; omnes meo  
nōmine salutato.

## PRAEFATIO.


G
 Go cū aliquid diu nutabūd<sup>r</sup> cogitasse  
 quonā ferrumine: quonāve filo has  
 momentaneas Flosculorū nostrorū  
 oscitatiōes adglutinarē: alligarēve:  
 & vndenā exordiū sumerē: nihil tan  
 dē aptius fore duxi: si quod īdagīne  
 varia Oratorū/Poetarū:necnō & Historicorū (ne  
 Flosculos istos ī hortis meis pullulasse prēdicem)  
 multifarijs seminib⁹ collectū esset: ab ea(cui⁹ etiā  
 fit fores Adamantinas frāgere) īnit iū facerē Pecu  
 nia. Maximarū enim viriū mihi semper visa est: ad  
 quā suos oīs neruos tendat huīus etatis homines.  
 Quinetiā rebellis hæc virtutū: & sapientiæ domi  
 trix: animæ naufragiū: quot Cresos: quot Midas:  
 quot deniq⁹ Narcissos: & Sillas in Plutonis bara  
 trū præcipitauerit: neminē ferea Musis adeo abe  
 se putarim qui nesciat. Quodq⁹ nos animi magis  
 excruciat: quibus illa provoto suppeditat: soli ī pri  
 mis habentur honoribus: quum sint (vt de ijs ride  
 bat Cynicus Diogenes): perinde ac oues aureæ.  
 Quibus q̄ cæca blandius arrideret fortuna/prime  
 notæ cōditoribus/ vt gregarijs quibusdam diriter  
 tractis ī p̄ceps: sibi oculos eruisse Abderiten De  
 mocritum tradit Laertius: q̄ improbos suis votis  
 gaudere ægrius ferret. Vīdemus enī plerūq⁹ eū cui  
 nihil insit doctæ saliuē: ijs quibus nō parū īest sal  
 situdinis/prēponi. Vt cūq⁹ tamē pila cadat: susq⁹ de  
 q̄ facio. Verū ne forte nasutioribus quibusdam vi  
 dear Iliade longiora/in ipso limine contexere: iam  
 Scopum ipsum attingemus.

ADA.FLOSCVLI.P.CORBELINI.

Virtutem ac sapientiam testudo superat. I



ELoponnesiorū numisma antiqui-  
tus Testudo dicebatur: ppter inscal-  
ptā in eo Testudinīs figuram Testē  
huius rei citat Erasmus vir quidem  
omnium calculis doctus: ac tū Græ-  
ce: tū Latinę perpolitus: Iuliū Pol-  
lucem li. ix. de rerū vocabulis scriptitasse olim car-  
men proverbio celebratum: quod nobis sonat: vir-  
tutem Testudinibus: ac sapientiam cedere. Huius  
quocq; meminīt: & Lodoicus Celius: nō postremq;  
literaturæ homo: suarum Antiquarū lectionum.  
lib. vij. ca. ij. Est autē hoc velut enigma innuens pe-  
cuniā longe plus posse: q; aut virtutem aut sapiē-  
tiam. Horum quoq; numum fuisse quēdam ab in-  
cussa animalis forma Chelonē: id est Testudinem  
nuncupatū: dum curiosius quępiā scriptorum ver-  
saremus monumēta iuenimus: nā & Eupolis obo-  
lum: Callichelonus appellauit: velutī Testudinē  
dicas pulchrā. Sed de numismatū multifaria varie-  
tate: ne forte hac parte asymboli: ac quasi mutili:  
vel potius hemiobolicī: id est precium semioboli  
non excedētes flosculi videātur: longe amplius in  
nostris Bibliothecis phylomusis sum⁹ satisfacturi.

Parthenon amare. II.

A Theniensium numisma erat Core: vt scribit  
Celius ibidem. Id Euripides Parthenon vo-  
cauit: hoc est vīgīnem: q; Palladis īagine foret in  
scalptum: vnde Eubulus in Anchise. Palladis Po-

A

# ADAGIALES FLOSCSLI.

Ion nūcupat: id est pullum. Etiam si esset item Corinthiorum numus Polos Pegasi habens insigne. A Partheno numo festiuum de poscīnumijs Scor̄tillis emanauit adagium: quo Parthenon non sine sale amare dicerentur. Nūcupabant porro numorū species quasdam Atheniēs Triobolū & Dyobolū. Sed Dyobolis Noctue signū erat cū Iouis facie. Nam Tetrobolū duas habuisse Noctuas cōpertissimum est.

Numus Spartanus.

III.

Spartanorum numus: sicuti & Bizanthiorum ferreus erat: cuius pondus magnum quidē erat: preciū fere nullum: aceto īsuper vi hebetata. Numi ferrei meminīt Aristoteles Oeconomicon. ij. necnon stannei & Ἔνει. In quibusdā veterum monumentis īueniō Pompiliū Numam ex ferro & ēre primum cudiſſe numismata: que ex proprio auctoris nomīne ſint numia appellata: quumante illum: ſcortea & ostracina pecunia īmpleret vſum: quod & a Trāquillo fuſſe līteris traditū prodūt qui Grēca viderunt. Illudvero ſuper pōdij loco ad iecifſe nō obfuerit adulterina numismata dīci: præter notionem publicā: paratypa & paracharagma- mata. Qui autē id cudiūt paracharactas. Vnde vice proverbiali numum Spartanum dīcimus de re co- natus magni: emolumenti nullius.

Ex Asia pulsus triginta milibus sagittario- rum.

III.

A Puderuditissimos Sagittariū dīci numisma Persicum obſeruāimus: a note genere ita nū

cupatum. **H**i autem non alij erant q̄ Darici: auctō  
re Plutarcho ī apohthegmatis: ex quo celebre ema-  
nauit ī posteros Agesilai dictū: quod & Adagio-  
nis círculum habet: se ex Asia pulsum triginta mi-  
libus sagittariorum. Q uum Persarum rex ea nu-  
morum summa corruptus: per Timocratem Athe-  
niensibus effecisset: vt is de prouincia decederet:  
quod & ī prouerbiū venit: de ijs: qui pecunia deiij  
ciuntur a gradu: qua nil nō expugnatur. Nam Ma-  
cedonū rex Philippus dicere solebat. Nullā pror-  
sus viderī inexpugnabilem arcem: ī quā onustus  
auro asellus summitti posset.

Venus Testudinem calcat.

V.

**T**estudinem nōmodo numismatum fuisse no-  
tam: quod in horum flosculorum apice astrue-  
bamus: verum etiam secreti ac silētiū symbolum: ex  
Celio: tāq̄ cella quadā proma: affatim suggeritur.  
**H**oc enim argumento Eliēsibus Phydias Venerē  
fecit: que Testitudinem calcaret: opertius: compli-  
catiusq̄ commonstrās esse muliebris decoris: q̄des  
custodire: ac silētium. Vxorium quippe ornamen-  
tum est: aut cum marito: aut per maritū loqui. Nā  
& Aegyptijs mulieribus inde vti calceis non fuit  
patrii moris: vt ita domi se continere quodammo-  
do cogerentur.

Pallas draconem.

VI.

**P**hydies solertē prudentiā īdicat illud quoq;  
q̄ Pallados simulacris draconem apponeret:  
veluti ambagiōsa figura īnueret: virgūculas puig-  
lī cura indigere: vt pudor castus seruet illibatusq;

A ij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

Sine radio cumulare. VII.

**I**N lucripetas & auaros scitissimum adagium extat: qui sine radio ceu absq; hostorio: quod est afluenter atq; ultra mensuram cōgerere: ad cumulāt. Signat autem hostorium: quod Latinis auribus parum frequens est: radium: siue instrumentū quo radūtur mēsure. Quo proverbio usus est Plautus: Dii/deæq; omnes: inquit ille: tātam nobis lātitiā tot gaudiā sine radio cumuletis.

Facere literam longam. VIII.

**P**lautinus Scyrpus est Staphyleanus: in cuius explicatione cecutire multos palam est: etiam si nō insint Platonici numeri: aut Bœotia enigma ta: nec ex vulturū nīdis expositio petenda foret. Si qui ergo haec tenus exudarunt in eo: iam opinor de sinant saxum voluere. Neq; quicq; melius est mihi (inquit illa) vt opinor/q; ex me: vtvnā faciam literā longā: laqueo collū mihi quando obstrinxero. Scitum hoc uideri adagium potest: & apertum satis in eos: qui præpostere commoriuntur: præcluso (vt inquit Plinius) spiritu: cui querere exitus. Cæterū: quo locupletiores dimittamus studiosorū aures: si quis harum auscultationum est sititor: quæ se inge runt/appingemus: ne dilata mox excidant. Quesitum enim sepe: nō in plebe vulgaria modo: sed inter classicos quoq;: ac prime notæ cōditores: quæ esset litera hęc. Quare recte opinor fecerim: si nondū vel Gordiano implicatiore: vt tollatur: si quis inest apud incultiores Scirpus: aut Gríphus: endarimus: dū Celii igitur: vbi plurima indagine va

ria venati sumus: lectiones Antiquas sicut inter ver  
saremus defloraturi: quę nos troflosculos floridio  
res efficerent opulentius & insigniter adiutū irēt.  
Literam longam parum & sc̄iēter & explorate. L.  
pl̄erosq; dixisse inuenimus: sed hebeti prosum (vt  
inquit ille) iudicatu. Dicant enim viri doctissimi:  
quo probent argumento pendente hominē am-  
plius: q̄ vbi suis cōstat vestigijs: eam exhibere figu-  
ram. Illis utiq; parum liquet. Quin doctius fuerit  
interpretamentum: ac perspicacius: si ad. T. literā  
Gr̄ecam Plautinos sales retulerimus (inquit) quo  
niam qui pendet eam plane reddit imaginem: sus-  
pendiosi: defuncto obtinente vicem lineæ ex supe-  
riori parte in imam productæ. Trabes vero unde  
laqueus destinatur: trāsuersam elementi portionē  
fingere videtur. Id vt ad hunc modum coniectemus  
doctissimus facit Lucianus. Quia ad disquisitionē  
literam hāc vocatam a Sigmate: ita coargui fingit:  
vt quę furatrinam exerceret: & aliena violenter in-  
uaderet: ex pl̄erisq; dictiōibus pulsa litera. σ. in cu-  
iis locum se nullis comitijs suffecerit: proinde vi-  
deri dignam: quę in id contolleretur supplicium:  
quod ipsius exprimeret figura. Ea vero est crux: ac  
furca. Nam & Tau Gallicū positū inuenies apud  
celeberrimos auctores: quam ad eum cōstruere mo-  
dum Galli consueuerant. Et Hieronymus super  
Marcum: Tau: inquit: litera salutis: & Crucis.

Sepulchra legere. IX.

**H**Vic adagioni occasio data est: vt eum qui me-  
morias sit nulla Sepulchra legisse dicam: nec

A iiij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

Sine radio cumulare.

VII.

**I**N lucripetas & auaros scitissimum adagium extat: qui sine radio ceu absq; hostorio: quod est affluenter atq; vltra mensuram cōgerere: ad cumulāt. Signat autem hostorium: quod Latinis auribus parum frequens est: radium: siue instrumentū quo radūtur mēsurę. Quo prouerbio vsus est Plautus: Dī/deaq; omnes: inquit ille: tātam nobis lētitiā tot gaudia sine radio cumuletis.

Facere literam longam.

VIII.

**P**Lautinus Scyrpus est Staphyleanus: in cuius explicatione cecutire multos palam est: etiam si nō insint Platonicī numeri: aut Bœotia ḥnigma ta: nec exvulturū nidiſ expositio petenda foret. Si qui ergo hactenus exudarunt ī eo: iam opinor de ſināt ſaxum voluere. Neq; quicq; melius est mihi (inquit illa) vt opinor/ q; ex me: vtvnā faciam literā longā: laqueo collū mihi quando obſtrinxero. Scitum hoc uideri adagium potest: & apertum ſatis in eos: qui p̄epoſtere commoriuntur: p̄ecluso (vt inquit Plinius) ſpiritu: cui querere exitus. Cæterū: quo locupletiores dimittamus ſtudiosorū aures: ſi quis harum auscultationum eſt ſititor: que ſe ingeunt/appingemus: ne dilata mox excidant. Quesitum enim ſepe: nō in plebe vulgaria modo: ſed inter classicos quoq;: ac prime notae cōditores: quae effet litera hēc. Quare recte opinor fecerim⁹: ſi nondū vel Gordiano implicatiore: vt tollatur: ſi quis in eſta pudincultiores Scirpus: aut Grifus: endarimus: dū Celi iigitur: vbi plurima indagine va-

ria venati sumus: lectiones Antiquas sicut inter ver  
 saremus defloraturi: quę nostros flosculos floridio  
 res efficerent opulentius/ & insigniter adiutū irēt.  
 Literam longam parum & sc̄iēter/ & explorare. L.  
 pl̄erosq; dixisse inuenimus: sed hebeti prosum (vt  
 inquit ille) iudicatu. Dicant enim viri doctissimi:  
 quo probent argumento pendente hominē am-  
 plius: q̄ vbi suis cōstat vestigijs: eam exhibere figu-  
 ram. Illis utiq; parum liquet. Quin doctius fuerit  
 interpretamentum: ac perspicacius: si ad. T. literā  
 Gr̄ecam Plautinos sales retulerimus (inquit) quo  
 niam qui pendet eam plane reddit imaginem: sus-  
 pendiosi: defuncto obtinente vicem lineæ ex supe-  
 riori parte in imam productæ. Trabes vero unde  
 laqueus destinatur: trāsuersam elementi portionē  
 fingere videtur. Id vt ad hunc modum coniectemus  
 doctissimus facit Lucianus. Quia ad disquisitionē  
 literam hāc vocatam a Sigmate: ita coargui singit:  
 vt quę furatrinam exerceret: & aliena violenter in-  
 uaderet: ex pl̄erisq; dictiōibus pulsa litera. σ . in cu-  
 ius locum se nullis comitijs suffecerit: proinde vi-  
 deri dignam: quę in id contolleretur supplicium/  
 quod ipsius exprimeret figura. Ea vero est crux: ac  
 furca. Nam & Tau Gallicū positiū inuenies apud  
 celeberrimos auctores: quam ad eum cōstruere mo-  
 dum Galli consueuerant. Et Hieronymus super  
 Marcum: Tau: inquit: litera salutis: & Crucis.

Sepulchra legere.

IX.

**H**Vicadagioni occasio data est: vt eum qui me-  
 moriasit nulla Sepulchra legisse dicam: nec  
 A iiij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

sepulchra legēs (inquit apud Tulliū Cato) vereor  
(quod aiunt) ne perdam memoriam. His enim ipsis  
legendis redeo in memoriam mortuorū. Dehuius  
vi; & exemplis aliquot: lege Bibliothecas.

Smicrologus.

X.

**H**oc nomine taxatur is: qui parua & precijs pro  
pe nullius: nimio plus magnificat & admira  
tur: perinde ac si (vt. M. Tul. in oratione pro Plau  
tio dicebat) Ex Cloaca arcem faceret: lapidemq; e  
Sepulchro: pro deo veneraretur. Quod crimē La  
cedemonijs a Celio inuritur.

Summittere Fasces.

XI.

**V**alerium Publicolam: tradūt Historici: ple  
bi Ro. gratificaturū libertatisq; tūc primum  
auspicantis solidiora iacturū fundamēta: abstulit  
se a Fasibus secures: & futuris post se Consulibus  
morem tradidisse: qui multis annis custoditus est:  
ac ad tēpora sua seruatū scribit Dionysius: vt quū  
extravrbem essent Consules: vterentur securībus:  
intus vero Fasibus ornarentur. Quod Max. quo  
q; Valerius intelligi voluit. Inuidiosum scribens  
magistratus fastigium ad tolerabilem habitū esse  
deductū: dum Fasces securībus vacuefecit. Porro  
**T.** Liuius refert. Eundem quum prodijisset in con  
cionem: Fasces populo summisisse. Ex quo elegās  
prorēpsit Adagium: vt quum manū damus: & her  
bam (vt in vulgo est) porr̄gim̄us: vincīq; nos plane  
fatemur. Summittere Fasces dicamur. Qz si q; am  
bigat: quid omnino sit Fasces summittere. Celius  
ita interpretatur non surrectos tenere (vt solebant

prius lictores) ut visendos eos præberent: ostenta-  
rentq; ad terrorem in crescentis audaciæ: sed depri-  
mere: & ante pedes quodammodo deijsere.

In poesi/Damonis Pedotribæ esse  
Crepidas.

XII.

**I**Dænigma nos admonet: si poeta (ut solet) effun-  
dit pleraq; summa laude digna: nō tamē q;cquid  
in poemate legimus: admiratione debere excipere:  
alioqui ipura: vanaq; cōprobare videremur. Neq;  
enim (vt Celius ait) Platōis Gibbū amplexamur:  
aut Aristotelis balbutiem. Id vero quā originē ha-  
beat: sciat lector cādīdus: a Damonis cuiusdā Cre-  
pīdis effluxisse: quas quum furto amisisset: īpre-  
caba: vt furis pedibus maxime congruerent. Erāt  
vero hę non rectæ: nec accommodæ: illi tamen pro  
pedum deprauatorum ratione īprīmis idoneæ  
& aptæ.

Corium pro Corio. XIII.

**P**Rouerbiū est: qđ e sacræ paginę sulcaminibus  
excepēdum duxit Celius: ex li. Iob: in cuius  
capite. ij. ad verbū ita legitur. Cui respondens Sa-  
thani pellem ait: pro pelle: & cuncta quę habeth ho-  
mo dabit pro anima sua: Parœmia est: quū rei cha-  
rissimæ parcentes: quod vilius est: fortunæ subiçī  
mus. Nameum locū ita explicat Nicolaus Theo-  
logus: pellem pro pelle. i. vitam alterius corporeā:  
vt suam ipsius tueatur: facile cōtemnet. Et alter In-  
terpres: sæpe inquit: dum ictus contra oculum ve-  
nit: manum opponimus: vtea potius pereat: q; pre-  
ciosissimum membrum ledatur.

A iiij

# ADAGIALES FLOSCVLI.

Super Chœnices federe.

XIII.

**N**obile adagium est: in eos qui parū secundum hominē viuunt: plurimūq; obrutescūt: & qui bus (vt ait Satyrographus) in solo viuēdi: causa pa lato est. Est vero Chœnix (vt hoc explicet primū) Latine quam Semodium dixeris. Positū quoq; id vocabulū apud Herodotū li. vj. Regibus (inquit) Spartę ad cænā non eūtibus mittūtur bīnæ Chœ nices farinę: & vīni singulę Cotyle: hoc est Sexta rīj. Præsentibus dupla dātur omnia. Quia vero de Chœnice disertatum est: hic postremo bonarū lité rarū cādidos velim cōmonitos: ne fallī quis pau lo inscītior possit: Pythagoram illum sapientissi mum/multa & præclara (sed symbolice multū) no bis præcepta reliquisse. Quorumquidem vnū est: quod (vt Celius insinuat) in aliorum Commentarijs nō rebullit. Ne super Semodium: seu Chœni cem se deamus. Eo nimirū nomine nō vtiq; cibaria: nec quid eiusmodi concipiens: sed rationalem animę partem signans mystice. Ea enim potentia tanq; Chœnice nūq; fallente: omnia metimur/iudi camus/examinamus/mittimus in dīgitos.

Stragula conuoluta habeto.

XV.

**S**ed: vt ad Pythagoram gradum reuocemus. Est eiusdem symbolum aliud. In hoc vero (vt in reli quis occulissimum: ac ænigmaticū latere sensum: nemo adeo a studijs feriatus est: vt eū ista possint latere. Sed quo is pacto elatebris: & Heracliti an tro sit euocādus: nō fere est (inquit Celius) qui in literas promat. Hic vero scientissimū philosophū

Stragulorū nomine inferiores animæ vîres intellexisse contendit: quoniam rationi in capite: veluti in arce constitutæ subiçiantur Stragulí quadam imagine. Quod obuolutum seruari debere præcipitur. Quoniam irascibilis: ac concupiscibilis potentia ita est cōprimenda: ac retundēda penitus nedisiecta: prosiliensq; aduersus rationis/tanq; príncipes/imperium consurgat. Vel sententia non ita longius abeunte Stragulorū nomine: corporeos sensus accipit: qui obuoluēdī sunt. i. cōuertēdī ( inquit Plotinus) advtens. i. ad ratione pollente animā. Nihil enim aliud per speculandī compotē scientiam perquirimus: q; vt a sensibus abducatur longius.

Maritimí mores.

XVI.

**P**latō in lib. de Rep. fugiendū esse mare cēsuit: perinde ac improbitatis magistrum. Nā vtabeo q; sq; maxime remotussit: ita optime Remp. administraturū: Mare attingētes (inquit Strabo) detiores effecti latrociari cœperūt: & hospites matare: quādoquidem multis impliciti: in eorum luxuriam & lucra fordinā: societateq; avaritię dilapsi sunt. Hinc factū: vt maritimí mores: pro pessimis celebrentur: ac sordidis.

Vbi sum/ibi non sum.

XVII.

**I**D sophismatis figurā habet: ī Amasios. Amor nāq; formæ ( inquit aduersus Iouinianū. lib. ij. Beatus Hieronymus) rationis obliuio est: & insanię pximus: turbat cōsilia: altos & generosos spiritus frāgit. Inde est Plautin⁹ amator ī Cistellaria Nullā ( inquit) mentem animi habeo. Vbi sum: ibi

# ADAGIALES FLOSCVLI.

nō sum. Vbi non sum: ibi est animus meus.

Thesauro dignus.

XVIII.

**A**Dagium latētis cauillī: in eum qui tēterrīmo  
supplīcio: flagitijs adobrutescīt differendus.  
Docent Plutarchi monumēta Thesaurum fuisse  
Domicilium subterraneum apud Messenios: neq;  
auras: neq; lucem exterius excipiens. Nec vllāe car  
ceri fores erant: saxo immani ītruso occludeban  
tur. In quem quum magnus Græciæ Imperator  
Philopoemen fuissest īmpactus: mox hausto vene  
no interiit.

Mandragoram bībīt.

XIX.

**M**Andragoram bībīsse: docte ac eleganter iū vi  
dētur posse dici: qui velut Aspide icti somni  
culosa nīmis desides sunt: atq; ita quodammodo a  
sensu dissīti: abiuncti q;: vt excitari nō queant. Vn  
de Lucianus in Timone. Quonam (inquit) modo  
O Iuppiter tāq; sub Mandragora dormis: qui neq;  
peierantes audis: neq; iuris violatores aduertis: de  
somno in Bibliothecis.

Sambico grauiora pati.

XX.

**E**Piscopī Dianæ templum olīm fuisse ī Elide:  
quod quidem Aristarchiū vocaretur: repetit  
Celius. Id quū expillaasset Sambicus: cruciabiliter  
per annum in questionibus habitus interiit.

Homo Tetragonius.

XXI.

**D**E fœlici hoīe grauissima sententia. Quoniā  
vero fœlix vel semp vel maxime omniū agit:  
contēplaturq; secundum virtutē: fortunamq; fert  
optime: ac per omnia omnino decenter. Hinc pro

uerbiali figura natum: vt hunc vere bonum: sineq;  
 vītuperatiōe: totum Teretem atq; rotundū (vt ait  
**Horatius**) quadratum item: siue quadrāgulum ap  
 pellemus. Vnde illud est protritū Sapiens vno mi  
 nor est Ioue. Sextius quoq; dicere solebat Iouem  
 plus non posse: q; bonum virū. Quod vero de qua  
 drato prætexuimus viro: vt liquidius inotescat id:  
 paulo altius ex līteris interioribus tota repeten  
 da res est. Quadratū igitur reperio ex Celij lectio  
 ne dīcī scienter ī numeris: figura & corpore. Nu  
 merum quadratum intelligi volunt eruditī: ex seip  
 so ī seipsum resultantem: vt quater. iij. xv. consti  
 tuunt. Etiam ipsa quaternitas perfectus est nume  
 rus. Vienim ī se numerum complectitur dena  
 riū: vltra quem non proprie est numerus. Nam  
 reliqui vltra: qui dicuntur numeri: priorum sunt  
 replicationes. Continet autem denarium hoc mo  
 do. Nā habet. iiiij. iiij. ij. j. Quę simul colligata: De  
 nariū manifesto cōficiunt. Figura itē quadrata per  
 fecta est. Cōstat nāq; iiij. lineis æqualib⁹: iiij. quoq;  
 q; æquales habēs angulos. Corpus pariter quadra  
 tum: perfectū intelligitur: vt est cubus. Habet enim  
 vj. superficies quadratas æquales: quarū vnaqueq;  
 iiij. habet lineas: &. iiij. angulos. Et quocūq; faceat  
 semper rectus state oēdē se modo habēs: quia portio  
 nes oēs æquales sunt. Cōsimiliter vir sc̄elīx semper  
 eodē se habet mō. Sentētia autē de viro Tetragono  
 est apud Arist. mora. primo: sed & Rheto. iiij. Sed  
 & Plato Difficile est (inquit) virū vere bonū fieri  
 manibus: pedibusq; ac mente Tetragnū: hoc est

## ADAGIALES FLOSCVL.

quadrangulum absq; vituperatiōe fabricatum: sic enim interpretatur Celius.

Quadrantaria mulier. XXII.

**L**ucus hie est ex p̄fesso obscurus: & atriore Alegoría obuolutus: & (vt sic) ænigmate magis intricatus. Suspīca ſa Cecilio (ex cuius officina id emanauit) Celius impudicame eo nomine Clytēne stram significari. Tamen quadrantes prostitutarū fuiffe p̄ciū: capturam vea Plutarcho cōmonemur: i M. Tullij vīta ſic prodēte. Adolescentē quendam in Clodij ſororis loculos pro argēteis numis quadrantes imisſe æreos. Quo nomīe deluſa puella. Quadrans est cognominata ex cōcubitus precio.

Tríplex Cappa pessimum. XXIII.

**T**āctatū & illud olim ænigmatis více: quo triū gentiū mores notati sunt. Cappadocū. f. Cilicū & Cretum. Huic opinōni arridēt fere omnes: & quam ſecuti ſunt viri infinitē eruditōnis Erasmus & Celius. Tanq; homies indidē proueniētes ſint mortalium pessimi. Quod tamen Augustinus in lib. de Grammatica: non de tribus regionibus: sed de tribus Cornelij ſici autumat: Cornelio videlicet Silla: Cornelio Cínna: & Cornelio Létulo: q; hominū pernicioſiſſimi fuere.

Aduersum Phœnices Syri XXIIII.

**S**Citum admodum cauillum: vb; versutus faggit imponere versuto. Suntemū Syri ad ioca & cauilla in primis factū genus. Incessit ut etiam Syrorum gens: vt mortalium audiſſima: necnon vaſtricia nimis solers.

P.CORBELINI.

Afciam cruribus illidere. XXV.

**E**X.L. Apulei doctrina: per Parcemiam dīci:  
de iisvidetur qui ipsi sibi mala accersunt: im-  
pingūtqz: aut spōte: aut p temeritatē: quod genus  
nimio plus frequēs est. Afcia nonnulli dolabrum  
dīci rentur: vnde incline Dolabella: vt secūda syl-  
laba prorsū habeat. a. nō. o. vt fere vulgo receptū est

Crater Helenę.

XXVI.

**C**rater Helenę: apud Philostratū: proverbijs  
forma enunciatū refert Celius: de his: quę no-  
bis estuationem mentis leniunt: sollicitudinem se-  
dāt: molliūtqz: & differenato animo: ac fronte eru-  
gata/ ex porrectaqz: curarum obliuionem inducūt  
Sunt ex diligētioribus: qui rimari exactius: cuius-  
nāmodi foret Pharmacū illud: quod vocatur Ne-  
penthes: ex quibusqz concinnaretur suspicati sunt  
esse Buglosam: qz vino iniecta hilaritudinē īducat  
Sed qd ad hunc locū potissime facit: omnīs animī  
īpetus: omnīsqz tristitia: cibo mollitur: potuqz dis-  
cutitur: vinū dissipat curas edaces: vt ait Horatius  
& Plinio teste: somno est accommodatum: ac se-  
rītatibus. Et hoc fuit illud poculum Nepenthes:  
quod Helena illa Homerica Thelemaco ministra-  
uit: quod obliuionem tristitie: veniamqz afferebat  
Quod vtqz foret cūctis mortalibus ab Helena p-  
pinādū. Nepēthes autē sine luctu dicitur. Dignū  
item relatu: quod enotatum reliquit Philostratus  
Antiphontem illum: qui a persuadendi potentia  
Nestor est cognominatus: Nepēthes auscultatio-  
nes promittere solitum: quādo nullus tam atrox

## AADGIALES FLOSCVLI.

infestusq; dolor: cuius vellificationes ciuili eloquētia non lenire modo: sed excutere etiam quiret. Ex quo se arbitrari Plutarchum Celius scribere dicit ab Antiphonte excogitata martē Alypię: quę vox tristitię parentiam indicat.

Ad Architę platagen. XXVII.

**A**D Architę Platagen subaudiendum recidit. Arbitratur Celius aduersum eos: qui prudētię inopia: aut ingenij obtusa quadam hebetudine veletiam: vt sępe: etatis vitio repuerascunt: veluti q; ad lusus redeunt pueriles. Est autem Architę tabella: inquit Celius in Gręcis plerūq; auctoribus celebrata: cuiusvs sum egregie Politic. li. viij. premō strasse Aristoteles videř ad verbū fere ita prodens. Insimul (inquit) necessariū est pueros re quapiā distineri: exercerī. Proinde Architę Tabella recte admodū ferē excogitata. Exhibebant enim eā pueris: vt eius detēti lusu nīl eorū quę sunt domi: oblectāt: cōmīnūatve. Vbi vero hīc philosophus Platagen dicit. Aretinus nobis tabellā reddidit. Græci quoq; aīt idē Celius finiūt esse instrumēti speciē Platagēsonorī & obstreperī ex gre. Sed & Platagē fuīsse pueritię dicatā in Symposiacis testari Plutar chus videř. Eā ferē Architas primus excogitasse.

In cubiculo Nola. XXVIII.

**T**Nenodabilis nodus hīc est: obscuritatis qdē nodatę: i quę ipactos plerosq; oēs cohesisse Celius ait. Referē autē ida Quītiliano li. viij. Cōiectura ducitur idē Celius ex Gręco adagio itidē hoc istud prolatū in garrulū desidentē. Qualis est meus ille

Cercophilus: passiuus amator: cui totā supellectiā  
lē dicitū esse clamorē: dies totos domi & nugaliver  
borum futilium importunitate: & copia exundant  
ti detinuentem: vt obstrepera loquacitate: vtī pica  
verbosiore: obsurdescent aures: ac velutī tintina  
bulo: siue Alcīni Apologo conuulnerarētur. Vel  
quod arridet amplius: eos intelligamus: qui domi  
quidē fluēta verborū promunt: in foro autē: vbi ci  
uili eloquētia gloriā sibi cōparant Cicerones: aut  
in senatu penitus: nec gry quidem proferentes cō  
silescunt: fiuntqz(quod in alio citatur adagio) pisci  
bus & statuīs magis muti: Nolam siquidē pro cā  
pana minutula dīci obseruauimus.

## Gorgiē senectus. XXIX.

**T**D de optimā: nec annīs exoluta: quęqz vīrescens  
Omni præstātia semp quodāmodo pubescat: dī  
cīt: quæ omnia fuisse in Gorgia: ex paulo politio  
ribus neminē fere arbitror latere. Nō enim vt quō  
dā Milo Crotoniates: qui quum iā senex esset: ath  
letasqz se in curriculo exercentes spectaret: suos la  
certos intuitus cū lachrymis dicebat: at hi quidē iā  
mortui sunt: cui Cicero. Nō tā isti: qz tu ipse nuga  
gator: nec enim ex te vñqz es nobilitatus: sed ex la  
teribus & lacertis tuīs.

## Fabulam ætatis peragete. XXX.

**E**X Varroñis etatū i qz nqz gradus distributiōe  
cōmonemur scite/ & admodū/ & cōgruēter vi  
tae tēpora fabulis cōparari. Nā & Cice. Qui hisce  
inquit: auctoritatis premijs splēdide vñsi fuerūt: ht  
mihi sunt vñsi fabulam ætatis peregisse: nec tanqz

## ADAGIALES FLOSCVLI.

inexcercitatī histriones in extremo actū corrūsse.  
In fabulis vero actus seruari quinqꝫ pro comperto  
etiam Lippis & tōsoribus est: quādo nec persona  
quinquies egressa: vltra exire potest. Et ad ipsum  
Apuleiana facit ex lib. floridorū. iij. concinnā vna  
sententia: deinde inquit: regressi ad populū: renū-  
cianere Philemonem poetā: qui expectaretur: qui  
in theatro fictum argumentum finiret: iam domi  
veram fabulam consummasse. Adiuuat & ad Luci  
līum Seneca. Quomodo inquit fabula: sicut vīta: nō  
qdīu: sed q̄ bene acta sit refert: nihil ad rē pertinet:  
quo loco desinas: quocunqꝫ voles desine: tātum bo-  
nam clausulam impone.

Fabula fies.

XXXI.

**F**Abulam fieri: eleganter: docteqꝫ vīce prouer-  
biali dicimus: p eo quod est munijs vitalibus  
perfungi & abire. vnde voluptas apud Persiū. In-  
dulge genio: carpmus dulcia: nostrum est Quod  
viuīs/cinīs/& manes/& fabula fies.

Memoria matutina.

XXXII.

**M**Emoriām matutinā dīci quandoqꝫ inaudias  
ne caliam prorsus intelligi: q̄ que firma: con-  
stansqꝫ sit: ac eorum: que semel apprehenderit: reti-  
nentissima. Qualem Senecę nostrę Bibliothecæ  
fuisse testabuntur. Siquidē sincerius: coherentius:  
q̄ adglutinantur: que proferēte se die percipimus:  
quo iam auctiore subsultat virtus ea hebescitqꝫ.

In Aetolis manum habere.

XXXIII.

**F**igura prouerbialis: vt Aristophanis interpre-  
tes appositissime explicant: & meminit Eusta-

tius: quum in sordis extremæ hominem: semperq; in petendo paratum: ac nil nisi rapinas meditante ut qui nil suauius opinaretur q; accipere: dici interpretatur. Ioci autem gratia ex verbis notione cōsurgit. Nam aiteiv pteres significat. At iuuat hic te mi Cercophile tuis pingere coloribus: qui: instar Balaantiotomi: puellos depiles: glabrosq;: atq; bursa relicinos exchalciādo: vt semper nouisti: dimitis. Hie nūm: si plumosi te sequuntur: statim glabri fiunt. Hic frement: scio: nostrates Batidoscopi Op sophagi: olle tātum amatores: & (vt dicitur) solum palato gustantes: q; hic fiant omnino talpe: quum se Strabones oculatissimos arbitrentur. Sed nunc ego noctibus incumbo: huiusmodi enim aliquantum noctis habent: que non: nisi flamma cum sulphure: in lucem reuocanda sunt. Tu tandem Cercophile: canes in Cerco venare: & canibus Cercos molliter odora: pulsiones diligere: tuos Catamitos inescas: tuos pīsciculos hama: liguavirus (vt soles) lōgius euome: quam si mea esset (testor deum) vellem mordicitus expuisse: mallemq; hāc in crumena aut loculo quo quis alio: q; in ore gerere. Et vt semel huic verborum prouincię vmbilicum impingam: nō te cū tuis rumisculis istis fabulis Milesijs vaniorib: tuosq; egregios sectatores pappifacio. Quare: aut tace: aut insani: aut demum crepes mediis.

In Clopidis mentem habere. XXXIII.

**V**Rbanissime item ab eiusdem fontibus: in de peculatorem pronunciatur: quando κλωθη furtum indicat: vrbanitas vero elicetur inde: quia

## ADAGIALES FLOSCVLI.

Cropide in Leontide recensebantur tribu.

Lunam in calceis gestare.

XXXV.

**A** Pud Ro. auctor mihi Celius: sed Plutarchus prius enūciauit: oēs qui nobilitate prēstarēt: Lunulas in calceis solitos gerere: vnde & Lunata pellis Martialis: & apud Satyrographum. Apposita nigrę Lunam subtexit alutę. In id argumentū rationes adducuntur plures: illa interim arrisit plurimum. Etenim huic instituto affuisse videri potest nobile antiquitatī documentum: tacitis velut ambagibus cōmonētis: nō īsole scēdū: nec prospero re successu efferendos animos: in constātiæ rerum semp memores: qua humana conflictantur. Cui argumētū præbeat Luna: que primo quidē ex obscurō prodeat: mox splēdido resulgens nitorevisenda consurgat facie. Sed quum iam clarissimā prēferat candoris speciem: rursum consenescens deflorescit donec ratione reciproca ī nihilum denuo redeat.

Aegyptio Scytha non īuīdet. XXXVI.

**D** At' est apud eruditos pueriō locus: quādo inter dissimiles/ & quos nunq̄ nouerim'/ nō exeritur virulenta īuīdiæ rabies: non solet etiam īuīdiā inter ignotos exoriri.

Cantharides non nisi letioribus īnascuntur frumentis. XXXVII.

**T** Am fere omnes ī eam sententiā pedibus eunt. Cantharides non nisi letioribus frumentis: & viridioribus īnasci rosis. Nam (vt vulgo iactatū est) Perflant altissima venti. Solaq̄ miseria caret ī uīdia. Themistoclem enim ferunt quum etiānum

adolescens foret: nihil splendidum a se fieri: inde connectare solitum: quod inuidos adhuc naestus non foret. Inuidia ergo eos arrodit precipue: qui boni sunt quique ad gloriam virtutis crassantur via: Ut cecus Linceo Edentulus dentato: rudis asellus doctis moribus imbuto.

Aegyptius Sophista. XXXVIII.

**A**gyptium Sophisten ex proverbio intelligimus posse dici: de eo/ qui suspētas habeat vīte ratiōes: semp̄q; alīūde pēdeat: hoc est ex astantiū iudicio. Nā sicutia doctissimis traditū scim⁹: nihil omnīū est: qđ fugere sapiēs eque debeat: qđ ad ostentationem viuere: ac populares auras sequi. Quod plāerosq; oēs philosophie sectatores fecisse: Hieronymus adeo videbat cōprabasse: vt illos glorię anima lia nūcupauerit: & aurae popularis vilia mancipia. Aegyptiū porro Sophisten appellabimus: qui arborebat/ & aqua/ & fera/ & postremo quicq; d colibuiisset. Siq; dē qđ mō summis extulerit laudib⁹: (modo id ex animo audiētiū esse intelligat) quādo qđ ratiōe eadēvituperare itidē permittet sibi: modo auditori (etiā si turpiter) arridere iniurias animaduertat. Atq; qđ assentator est propriūt Polypus ad speciē subiecti soli colorem permuttat: ita & ipē ad voluptatē audientiū sententiam: nunc hōc nūc illo dictabit modo. Hunc fuisse Proteū fere oēs magni auctores intelligunt. Nec desunt qui putēt Proteum: ipsam esse veritatem: quē quia latet: & alta præmitur rerum caligine: ideo traditū a Mythicis Senem Proteum in antro obdormīscere.

B ij

# ADAGIALES FLOSCVLI.

Proœmio male vti.

XXXIX.

**T**ralatione pereleganti de ijs dicitur: qui nego  
tium quodpiam obituri/ initia: & quæ conatum  
precedunt minus vident: aut curant. Sumptum id  
ex Attici Herodis verbis: quibus Philagrū Sophi  
sten repercutit: videris (iquit) mihi proœmijs nō  
bene vti. Illum vero ijs coarguebat: q parū accura-  
te auditorum benevolētiam venaretur: quam esse  
cōstat velut proœmiū declamaturo: & sese ostēta-  
turo.

Carcerem instruere

XL.

**P**ythagoram ferunt: quum audisset quendā ex  
familiaribus: exercitationibus vt pinguis fie-  
ret curare: dixisse non cessare illum molestiore sibi  
carcerem instruere. Quæ res cedere in prouerbiū  
potest: de ijs: qui tetrimi mācipij (vt sic dicam) sa-  
gine intenti: nil omnino suspiciūt: vel prospiciūt:  
sed proni velut pecora: terrena modo meditanūt: &  
cogitant: tanq quod supra nos est nostræ omnino  
curæ non sit: optimeq cum illis decidat fortuna: si  
numerosis & fumantibus patinīs titillatur relan-  
guescens appetitus: distenditur venter.

Deorum institutor.

XLI.

**A**ntipatrum Hieropolitanū scribunt ex Græ-  
cis nonnulli: adeo in literis conscribēdis præ-  
celluisse: vt in ea re nō temere excellentior reperiat  
alius. Fuit hic Seuero īperatori ab epistolis: cuius  
etiam res gestas videntur historia complexus. Sed epि-  
stola propriū erat viri opus: in ea splēdīdum quid-  
dam insonuit: nec a decoro īmpatorię dignitatis  
recedebat. Perspicuitas inerat sententiarū iuncta

P.CORBELINI.

magnitudini Assyndetoru (quæ nos diffoluta di-  
cim⁹) iucunditas mira. Etenim ea i primis epistolā il-  
lustrant. Fuit Seuerie eiusdem filiorum item præce-  
ptor. Propterea dū laudibus eum meritis optimi  
i uenes onerarent: subinde deorum preceptorem  
nuncupabant. Quæ res & in proverbiū trahi: vt  
quisq; principū aut optimatū etiā liberos instituit  
Is deorū dicatur institutor. Nō fere est qui nesciat  
ex adulatione natū: vt Imperatores perinde ac Dij  
colerētur: haberentq;. Eustathius tamē in Iliados  
primū: ex vi benefica: aut præclaro inuēto intellige-  
re maluit. Vnde (i quīt) Cesar apud Romanos pri-  
mus viuensq; dei nomen est sortitus. Sed & eiusdē  
filius Augustus. At (i quīt) in Apologetico Ter-  
tullianus: Maledictū estante Apotheosi deū Ce-  
sarē nūcupare: Augustus ne dominum quidem se  
dici patiebatur. Estenim hoc dei cognomen.

Vt pieriam Phrigius.

XLII.

**P**Ythen genere per illum tradunt Historici  
celeberrimi: vxorem duxisse Iapygiā: exq; eo  
matrimonio natā illi filiam Pieriā nomine. Erat  
prope iuge bellū Myuntijs aduersus Milesios: sed  
nō citra Caduceatoris officiū (inqt Celius) Quip-  
pe statis temporibus patiebantur Milesij illorū mu-  
lieres ad se rei diuinæ causa cōmeare. Inter eos: qui  
Myuntem incolerent: erat hic (quem diximus) Py-  
thes. Eius vxor cū filia: Diana cōsideritatem vt obi-  
ret: quam vocant Neleida: Miletum perexit: Ibi:  
tū Phrigius ex Nelei liberis: natu maior Pieriam  
conspicatus: eiusq; forma incēsus: amare puellam

B iiij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

vehementer cœpit. Quicq; est amantium affectus cupiens illi gratificari: institit querere quidname iucundissimum a se posset præstari. Prudens puela: & quod in viris (ait idem) haud frequens inuenias: etiam pia: id vero sibi omniū longe gratissimū respondit fore: si daret operam: vt q̄ sepissime multisq; comitibus Milletum conueniendi potestas fieret. Animaduertit Phrigius nūl futurum Pieriae gratius pace. Proinde Milesijs in concionem euocatis: cōfestim definiendo cū Myuntijs bello: dec̄q; ineūda cum iſdem amicitia verba facit. Placet res omnibus: componitur pax. Inde euentu tam felicitatq; iucundis exorso initis: apud vtrumq; populum Pieriae nomen celebre fuit: adeo vt mulieribus abierit in adagiū res: vt in votis illarum id antiquissimū esset: si se amari vellent. Vt Phrigius Pieriam olim adamasset.

Arithmetorum digitis similes. XLIII.

**O**RONTEM Artaxerxis persici Regis generum: legimus quandoq; indignatione quadā a Socero damnatū a chonore deiectū: quum se contemptibile animaduerteret: ac esse ludibrio inimicis solitū dicere Principū amicos videri cōsimiles Arithmetorum seu cōputatorum digitis. Nam sicut hic putando nunc Myriada (qui numerus decē milia continet) gestu conficiunt: nunc vero Monada: hoc est vnitatē: pariter et qui regibus sese insinuat modo pollent plurimū: suntq; omnibus cōspicui fumos venditantes: a multis frequentantur: obseruantur/coluntur. Plurimorum etiam vitam a prin-

cipe deprecantur. Mox vero (qui fortunæ moest) quæ quasi pilas homines habet: deuoluti in imum derisui sunt omnibus Vnde prouerbialis senarii schema elicetur: regum seu diuitum familiares esse computatorum digitis persimiles: qui nunc omnia possunt de se promittere: nuc vero minimum: vel nihil.

Byssiniis verbis vti. XLIII.

**P**Arisatin Cyri & Artaxerxis matrem dicere solitam accepimus: Regem qui prompte: nec animo timidiore concionatus foret: debere Byssinæ verbis vti. Quod quū altius scrutaremur: quid nam altissimi sensus mulier complecti ea sententia voluisse. Illud ex eruditas schola videat eruisse: Byssina verba dici quæ sublimitate habeant: ac magnificetiam: nitorē quoq; & auctoritatē. Est autem Byssus herba. XLV. In digitos mittere.

**I**Actatum et illud frequens est: In digitos mittere: quo prouerbij figura: ex Celio accurate supputare intelligendum notamus. Cui pene arridet illud Fabij. exorat Insti. li. j. Si actor (inquit) non dico: si circa summas trepidat: sed si digitorum solū incerto: aut indecoro gestu a computatione differt: iudicatur indoctus.

Indigit mori. XLVI.

**I**D vero nil omnino ad computandi canones facere hinc aduerte lector cädide. Nam de animalib; intelligendum Celius supputauit: quorum genitalia vel corporis partes aliae oportunæ: digitis veneno litis contactæ mortem inferunt. Cicero pro Scau-

## ADAGIALES FLOSCVLI.

50. Libertus patronum non occidit: sed duobus  
digitulis gulam obliuit. Et Plinius. Sed antiquo-  
rum curam: diligentiamq; quis possit satis venerari  
quum cōstet omnium venenorum ocyssimum esse  
**A**conitū: et tactis quoq; genitalib<sup>9</sup> femininī sexus  
animaliū: eodem dīe mortem īferre. **H**oc fuit ve-  
nenum: quo īninteremptas dormientes vxores a  
Calphurnio Bestia. M. Cecilius accusator obiecit  
**H**ic illa atrox poratio eius In digito eas mortuas  
Iudei Aegiptius.

XLVII.

**A**Egyptiū iudicē si quis Aeagionis schemate  
integrū intellexerit: sanctū nihil premio: ni-  
hil metu: a iustitię semita digrediētem: & plane eū  
quē vocat Graeci ἀλέχαστον qui gratię nihil pror-  
sum tribuit. estq; (vt ab excessu nō tēperem) Iustitia  
ipsa iustior: & vel Stachane equior. Est aut Dorib<sup>9</sup>  
eovocabulo trutia. Suggerūt q ppe nobisvetegē mo-  
numenta Aegyptijs Regib<sup>9</sup> ex prescripto legis an-  
tiquę moris fuisse iudices mox futuros iureiurādo  
adigere ne si rex quidē iniusti quidpiā īiūxisset: a  
virtutis medio declinaturos: nec linea omnino (qd  
dicitur) moturos. Vnde magnus Agesilaus īterio-  
gatus. Fortitudo ne p̄staret an Iustitia. Fortitudi-  
ne (inquit) nil opus esset: si iusteageremus omnes.

Cotis figlina.

XLVIII.

**T**Ram semper quidem: sed in puniendo presertim  
lesse cauendam: a maximis pronunciatū auctori-  
bus est. Ad hoc iuuathistoriā preferuīdæ. et (vt in  
alio adagio est) ieūnē iracūdiæ testē adducere. Co-  
tis igitur Thracū (vt opinat Celius) rex: q; esset na-

P. CORBELINI.

tura prærabidus: & ad iram efferuentior: advlitione  
proinde etiam præcep: præcipueq: imperiosus: et  
immitis in seruoru: delictis: quū pretiosiora essent  
ab hospite dono ei oblata Figlina: celato opere tor-  
natiliq: ratione conspicua. Sed tamē pretenuia: fra-  
ctionisq: iniuriæ peropportuna: offerenti quidē gra-  
tum se præbuīt ampliter illum muneribus afficien-  
do. Ceterū mox vasa cōtriuīt oīa: facti protinus ex-  
fide ratione reddita: q: vereretur: ne per incuriā mi-  
nistros peccātes ea ī re seuius amariusq: verberibus  
concederet. Propterea ex ēplo nobili Ādagīōis co-  
minisci figurā possum<sup>9</sup>: vt Cotis figlina idemtīdē  
præferuīdīs intendam<sup>9</sup>: insusurremusq: quos veli-  
mus cōmonitos: prorūpētē indignationis ardore  
ex nīmio irarū ęstu reprimēdū prudētię quodā suf-  
flamine. Ieiunium olet.

XLIX.

**S**Olet illud dīci de eo: cuius fetet anima. Obserua-  
tum namq: est ora hominū qui nil dum esitarint  
grauius olere. Ventre siquidē inanī: minusq: agi-  
tato: aer factus calidior: spiritum / excrementaq:  
pituitosa immobilitate sua putrefacere potest. Ca-  
lidiores autē effici: argumēto est: q: vel sitim pare-  
re ieiuniū pōt. Ac vbi ederimus: ciboru: odore he-  
bescit prior graueolētia: aut interextinguīt. Vnde  
Martialis videtur innuisse Bassam peius oluisse: q:  
ieiunia Sabbatiorę. Cui<sup>9</sup> hoc distichum est Qđ  
bis muricę vellus inquinatū Qđ ieiunia Sabbathā  
riorum. Cyclops execatus. L.

**A**Dagiū est scitissimū de potentia magna: quæ  
Ducis prudētia (Quā esse anime oculū: hone

## ADA GIALES FLOSCVLI.

stissima quadam Metaphora Plato dixit: exuta: &  
(vt sic loquar) exoculata sit. Notior est fabella de  
Polyphemo staturoſi p̄eualidic̄ corporis: sed ab  
Ulisse astutissime occecati: q̄ ea nūc īngeratur a me.  
Prouerbij origo (inquit Celius) ab historica dema-  
nauit fide. Etenim posteaq̄ veneno īterijt magn⁹  
Alexander: sicuti Plutarchi testantur literæ: dixit  
Demades Orator (siue is Leosthenes fuerit) Copi  
as illius bellandi artib⁹ & strenuitate longe preci-  
puas Cyclopí exceccato: videri consimiles: quoniam  
robore peritiaq̄ præcellerent: sed duce: qui electis-  
simū exercitum ductaret: forent exorbatæ

### Teuthid̄ similis

LI.

**S**Vperiori fere compar videtur facetissimum hoc  
in Eretriæses Themistoclis cauillum. Quos il-  
le dictabat Teuthidibus p̄similes: hoc est: habe-  
re quidem gladium: cor vero non habere. Teuthi-  
das autē esse quidem Piscitij genus fere constat: sed  
quodnā sit: parum cōuenit (vt inquit Celius) Plu-  
tarchi interpres vero gladiolos reddidit. Eos por-  
to pisces: Xiphias ab Aristo. de animaliū historijs  
li. iij. & li. viij. nuncupari tradit Celius: & Plinius  
gladios interpretatur quibus figura creditur No-  
menclaturæ occasionem præbuisse.

### Teuthidem non habens.

LII.

**S**Vnt quoq̄ ex Græcis nonnulli qui Teuthidas  
nunc Sepias interpretetur: nunc viliorēm p̄isci-  
culum: qui & in prouerbiū venerit: de ijs: qui in-  
opia arctiore: vel minima & vilissima corrogare co-  
gūtur. Nā Aristophanes Anthimachū taxans co-

gnomento Psecada. i. rorē: ita scribit. Quem etiā nū videam Teuthide indigentē. In causis naturalibus Plutarchi problema est de Teuthide. Curuā ea se ostentante: hiemis magnæ fiat præsagium. Fuit & Archadiæ Ciuītas Theuthis: & eodem nomine Dux in Aulide cū Græcis alijs: quē tamē alij plærīq; Hornytū vocat. Hic cū Agamennone disfidens: quum abducturus videretur suos: suadente Pallade: ne faceret: Deam vulnerauit in femore.

Platano similis.

LIII.

**T**hemistoclem Athenarū príncipem: prodūt auctores grauissimi: posteaq; ap̄lissime patriā est promeritus solitū tamē s̄epius conuictio a Ciuībus incessi. Vnde illius præclara círcūfertur sententia. Quideis negocium facessetis: qui vobis fuere benigni? Se quoq; subinde Platano consimile pre dicabat: ad quā decurrerent quos infestaret imber mox vero serenitate reddita velleretur ab eisdem: interimq; conuictijs proscindere. Ex historia igit̄ produci Adagijs forma potest: vt dicatur Is Platano assimilis: cui opera: quis necessario s̄epius vta mur: nihilominus insita quadam prauitate illū eū dem incommodis liberi: habemus derisuī: cōuellimus: perditum: quandoq; etiam cupimus. Mox tamen de necessitate dephensi expertā repetimus virtutem.

Verba cupresso similia.

LIII.

**P**Hociō Atheniēsis: quē nemo vel ridētē vīdit vel flentē: quū ciuitatē ītueretura Leosthene præcipitatam in bellū: dum libertatis spem & Imperij cōcipit illa tumidius. Verba eius Cupressis

## ADAGIALES FLOSCVLI.

cōsimilia sibi dicebat viderī: quoniam pulchra qui  
dem forēt: ac sublimia. Cæterū fructu omnino ca-  
serēt. Ex hoc Adagium producitur: de ijs quæ spe-  
ciosa videntur: inania tamen sunt: & nullum pror-  
sus emolumentum præferentia. Nā arbor hēc (vti  
docuit Plinius) natu morosa: fructu etiā est super-  
uacua: Baccis torua: folio amara: odore virulenta:  
ac ne vmbra quidem gratiosa.

Seruus non habet caput.

LV.

**S**eruos non habere caput Iure consulti statuunt:  
Sed quū dicūt: intelligivolunt statū. Proinde Ser-  
uum nō miruī capite: quia nullū habet: hoc est nec  
libertatem: nec ciuitatē: nec familiam. Quibus si  
quis exuaēt: maxima diciēt capitis dīminutio: vt ac-  
cidit ijs: qui seruī penē efficiunt̄ atrocitate sentētię  
vel libertatis: nomine ingratitudinis in patronos  
condemnatis: vel qui se ad precium partcipandū  
venūdari passi sunt. Nā minor siue media capitis  
dīminutio est: quū ciuitas quidē amittiēt: libertas  
vero retinet̄. Qđ accidite ei: cui aqua & igni interdi-  
ctū fuerit: aut in insulā sit deportatus. Mínima ve-  
ro capitis dīminutio est: quū ciuitas retinetur: & li-  
bertas: sed status hominis cōmutat. Quod ijs eue-  
nit: q̄ quū sui fuerit iuris: cōperūt alieno iuri subij-  
ci: vel si filius familiās a patre fuerit mancipatus.

Seruus Ceruus.

LVI.

**S**eruos fugitiuos: scribit Pōponius Festus: Cer-  
uos nūcupari: de aīalis celeritate: facta nomīnis ra-  
tiōe. Ex quo apud Martialem: ita legendū erudi-  
tioribus videāt. Suppositā fama est: quondam pro-

virgine Ceruam. At nūc pro Ceruo mentula sup-  
posita est.

Suilla caro est.

LVII.

**A**ntiocho Regē numeroſo exercitu in Grēciā  
irrumpente: attonitisp̄ omnibus magnitudi-  
ne rerū quæ īgruere videbant. T. Quintius Ro-  
Imp. ita ad Acheos verba fecisse memoratur: dum  
peditum/equitūm̄ nubes iactari audisset a rege:  
qui & classib⁹ cōstraturum se maria īterminaba-  
tur: Est (inquit) res simillima Cœnē Chalcidensis  
hospit⁹ mei: hominis & boni: & sciti conuiato-  
ris. Apud quē ſolſtiali tempore comiter accepti:  
quum miraremur: vnde illi eo tempore anni: tā va-  
ria & multa venatio: homo non q̄ iſti ſunt: glorio-  
ſus renidens condimentis ait varietatem illam: &  
ſpeciem ferinę carnis: ex mansueto Sue factā. Hoc  
perinde in regis copias: quæ iactentur: promi po-  
ſe: varia enim genera armorum: & multa nomina  
gentium īauditarum: Dacas: & Medos: Cadus-  
os: Aelimeos: homines tamen eſſe: haud paulo q̄  
mancipiorum melius propter ſeruilia īgenia: mi-  
litum genus. Ex historia eiusmodi: cuius auctor  
T. Liuius eſt: ſcitur de promi adagium potest. At  
qui Suilla caro eſt: de ijs: quæ re quidem ipſa: par-  
uiſane: aut nullius omnino momenti ſunt: appara-  
tu tamen ac fuco: & nugis peregrinis præcellere vi-  
dentur plurimum. Plutarchus illud adiicit. Nec  
vos inquit admiremini regis copias: quum Hasta-  
tos / Cataphractos / Pedites / Amphippotoxotas  
auditis: nā hī omnes Syri ſunt: armis modo inui-

# ADAGIALES FLOSCVLI.

tem diuersi.

Argenteo vomere arare. LVIII.

**P**listo anacta Pausanię filium: eundemq; Lace-  
demoniorum regem: quum ab inimicis vehe-  
mentius præmeretur: præter alia prodūt auctores  
celeberrimi: etiamnum insimulatum: q; cū Aристо  
cle fratre Promanti: hoc est Delphice vati persua-  
sisset: vt Lacedemoniorum Theoris (sic autem vo-  
cant qui ad petenda proficiscuntur oracula) illuc  
missis hæc responderet. Ioues sati Semidei prolē ex  
alieno solo in suum reducere Alioqui argēteo ara-  
tuos vomere. Hinc fit vt scitissimum: & perinde re-  
conditum acupemur adagium: vt ingruente ma-  
gnæ famis discrimine Aratuos vomere argenteo  
terram homines pronunciemus.

Missilia expectat. LIX.

**M**issilia fortunæ tralatione concinna & deceti  
nuncupatione una: quæ bona dicere consueimus  
externa. Hinc non eleganter minus Missilia expe-  
ctare dicitabimus eum: qui ex Fortuna totus pen-  
det: eiusq; viscatis inhiat beneficijs: quæ insidiasve  
rius arbitratur sapientissimus quisq;.

Mari Dionysium immergere. LX.

**O**raculum vetus redditū quādoq; accepimus:  
quod & pescatoribus percelebre fuisse scribit  
Celius esse Dionysium immergendum in mare: id  
significabat vino marinam aquam affundi oportet  
re: faci tenime ea res defecatius vinum: & firmius &  
incorrupti. Id qui absunt a mari consequi putan-

tur Gypso: si exusserint prius. Recensetur item ad hoc ipsum ab Atheneo Dionysij fuga ad mare: quoniam eo suauius fiat vinum.

Capnosphantes.

LXI.

**T**Nauidissimum fortunarum sitotorem: elegans admodum extat Adagio. Capnosphrātes vero: id est fumi olfactor: auarum hominēm: præparcū q̄(vt notauit Celius) significat.

Suam metuere vmboram

LXII.

**N**Arcifsum (inquiunt) traditum fabulis est: in aquis imaginem conspicatum propriam: eius irretitum amore: mox amplexandi studio desiluisse: atq; eo modo absumptum. Vnde irrepsit Adagium. Suam ipsius metuens vmbram: in eos: qui pueriliter trepidant: vbī nihil omnino eminet periculi. Tralatum (inquit Erasmus) vel ab ijs: qui forte cōspecta corporis sui vmbra subito expauescūt: vela melancolicis quibusdam: qui auctore Aristote. propter oculorū imbecillos sp̄iritus in aere proximo: velutī suam quandam imaginē contemplantes: arbitrātur se suos videre manes. Socrates in Phedone Platonis. Tu vero tuam (quemadmodū dīci solet) metuens vmbram. Plutarchus Symposiacionis problematum Decade septima. Qui vmbrae nomen refugiat: ac moleste ferat: Is vere vmbram videbitur formidare: Quod in alia proverbiali hiperbole muscas/vel præteruolitantes: metuere dicitur.

Vmbram suam metiri.

LXIII.

## ADAGIALES FLOSCVLI.

**S**Cite admodum: & perdocte hac puerbiali sententia commone nemur: nil esse: quod vana mortalitas: & ad circuſcribendam ſeipſam ingeniosa (vt nunc ex Plinio verba mutuemur) inani ſuccelluſ ali quo tumeat: quando noſtra omnia bulle ſunt: momento peritūræ: nec titiuillitio faciendæ. Quo nomine illud Satyricum in ore habendum affidue eſt Melle tenus propriavive: & illud Delphicum Cognosce teipſum. Ratio Parcimiae eſt iſta q̄ nihilo: maior noſtri corporis poſt felicitatem umbra deprehendaſ: ac fuerit prius. Quo perdocemur: eſſe nos eiusdem imbecillitatib⁹ aleæ obnoxios: atq̄ eo dem fortunæ ſalo (vt ait Boetius) quat⁹. Natum id ex historia. Proditur ſiquidem memoriam Macedonum regem Philippum: poſt nobilē in Cheronea victoriā: quum insolentius intumuiffet: factusq̄ foret arrogantior: ac de ſe magnificentius ſentieſ: velut liberali iure adoptatus a fortuna: paulo aſperiorē (& quaे Tyrannicum quiddā suboleret) ad Archidamum Agesilaī filium: epistolam conſcrifſe. Qua is cōmotior cogitansq̄ q̄ res erat even tu pſperiore Cr̄ſtas homini ſurgere (vt Poeticis utr salibus) ita demum censuit respondēdum. Si umbram tuam metiri volueris: haudquaq̄ nūc maiorem depreheſides: q̄ fuerit ante victoriā.

Cardamo ſimilis

LXIII.

**N**obiles p̄potētesq̄ viros: ſi pauperioribus cōuicinifuerint: non definere illos exugere: do: nec in nihilum redegerit: notius eſt: q̄ vt pluribus id comprobare videaſ necesse. In hoc ſe ita affectos

atq; institutos. Adagium productū salsum: erudiā  
tumq;. Cardamo siquidē similes esse dicimus: Cu-  
ius ea natura est: vt herbarum in propinquō nascē-  
tium humorem ad se vī quadam intima perliciēdo  
cogatarescere.

Cotem nostram. LXV.

**S**Vbaudiēdū verbū: quale est dicimus: vel aliud.  
Aduersarium fortem: strenuūq;: & virtutis nō  
omnino vulgatæ: plerūq; prodeesse creditum expe-  
rimentis est. Proinde Lacedæmonijs quandoq; quū  
vi urbem quandam cœpissent Ephori: qui scirent  
q; tum militaris disciplinę metu illius: & certamē  
nibus assiduis custodita: nusq; esset dilapsa/nō qui  
dem efferri victoria cœperunt: vt afolet nonnūq;  
sed dicere idem tidem nō dubitarunt: Periſt lucta-  
tio iuuentutis: Neq; enim dehinc aduersarios ha-  
bebit. Rursum pollicēte Rege urbem quandā fun-  
ditus euersurum(nā ea Lacedæmonijs negotia ple-  
rumq; exhibuerat) haud quaq; permiserūt illi: quū  
dicerent minime subuertendā iuuentutis Cotem.  
Vnde prouerbij trahitur species: vt quicquid disci-  
plinam continet: nec insegnatiem dilabī sinit. Co-  
tem esse nostram dicamus: quādo (vt vulgo fertur)  
Infirmis animis hostis est securitas.

Promiscuo pisci non insunt spinæ. LXVI.

**I**D videtur in nimio plus voraces productū. Qđ  
& Democritū surpassē: scribit Celius. Qui in-  
sita: Cephalicq; auditate quadam: raptim se sabur-  
rare festinantes semper verentur: ne accūbentibus  
parte vlla cedant: nimioq; indigī: inexpletiq; emē-

C

## ADAGIALES FLOSCVLI.

sa cogantur surgere. Quo fit: vt dum deglutire sa-  
tagūt: quicquid vncis manibus/uelut inauspicatae  
aues inuncarint: ne perpurgent quidem: sed cōser-  
tim indiscriminatimq; omnia i barathrum deuole-  
uant: & latrinarū meditatoriū. Cui & illud simile  
est: Inexplibile dolium. Quod & i alia diuersa mul-  
tum ab Erasmo: non illepede diuertitur.

Apud me nunq; harmodium canes. LXVII.

**C**Anere in conuiuijs: fuisse antiquissimi moris  
nō est: credo: quē lateat: interim a discumben-  
tibus Melos cōcini solitū: qđ Harmodij nuncupa-  
reñ. Vnde illud ex Comica taberna. Apud me nūq;  
Harmodiū canet: quod est mecū conuiuia nūq; agi-  
tabit. In veterū monumentis adnotatū illud quo:  
q; est apud Heroas cantilenæ species fuisse quinq;  
Sophronisticē: cuiusmodi Clytēnestræ accinebat  
cantor. Encomiasticen: qua præstantium virorum  
præcinebātur laudes: ab Achille celebratā. Thre-  
neticen. i. lugubrem. Orchematicen. i. saltatoria.  
Et deniq; Peanicen: qualis est apud Homerū Ilia-  
dos primo: post sacrificij absolutionem.

**T**Perambulare crocum LXVIII.

**I**N Theatri Scenq; delitias: flores oli obrepis-  
se (inq; Celius) atq; Crocum & odoramēta: præci-  
pue quum agerētur fabulē. Id quod perobscure in  
epistolis significat Horatius: quū de Atta Come-  
diographo meminit: ijs versibus.  
Recte nec ne Crocum: floresq; perambulet Attæ  
Fabula: si dubitem clament periisse pudorem  
Cuncti pene patres.

## De Nasatorum peculio

LXIX.

**N**Asati (vt Lampridius aduertit) vīrīlores: ac  
belle mutoniati: vulgo extritūtīq; & i scho-  
lis Phisiologorū frequens est Nasi magnitudine:  
mutonis concipi quantitatēm quoq;

## Clavo destinare

LXX.

**D**E ijs quæ negligētius curant: dīcīmus clauo  
destinare: appēdereq; Sicut quæ amplius cu-  
randa censemus: A Clavo demere: quod ex Eusta-  
thij thesauris collegit Celius. Fuit namq; apud an-  
tiquos ludi genus Cyndalismus: quem clavis exer-  
cebant. quos Passalos: siue Pattalos Græci queq;  
vocant: nato inde Adagio.

## Basilicam habere.

LXXI.

**E**Legātissimum illud Ciceronis est: ex primo  
Epistolarum ad Atticū De pangendo q; me  
crebro hortaris: nihil fieri potest: Basilicā habeo:  
non villam frequentia Formianorū. Videtur autē  
Adagijs ratione dici: vt ad quē multi passim conflu-  
ant consultandi: vel quide eiusmodi faciendi causa:  
Basilicam habere videatur: non domū: quæ dome-  
sticis solū fere patet. Ait Celius (vbi de foro agit)  
Basilicarum loca foro adiūcta: q; calidissimis parti-  
bus fuisse: vt per hiemem sine molestia tempestatū  
se conferre in eas negotiatores possent. Ceterū Ba-  
silicam principiō fuisse locum constat: quo sub te-  
ctū ad ius dīcēdū p̄cipescōuenirēt: cui loco digni-  
tatis gratia additū erat Tribunal. Post id: quo eēt  
ea quidē laxior: primarijs tectis nō sufficientibus:  
circumaddidere porticus patulas intrinsecus hinc

C ij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

atq; hiic: primum simplices: mox etiam duplices.  
Addidere insuper alijs secundum Tribunal: trans-  
uersamq; ambulationem: quam Causidicam nun-  
cupamus: q; illic Rhetorum turmæ: causidiciq; ver-  
sarentur. Erat demum persimilis templo Basilica.

XXI In triclinio Choa. LXXII.

**E**xstat apud Fabiū obscurior Nodus li. ix. im-  
plicationorq;: Cymmerijs obsept<sup>9</sup> tenebris: cir-  
cumuallatusq;. Fabij verba subtexui. Allegoria (i-  
quit) obscuriore (quæ ænigma dicit) poetæ vtunq;  
sed & Oratores nonnunq;: vt Cecilius Quadrata-  
riam Clytēnestram: & in triclinio Choā. Et ænig-  
ma hoc in bibacem meribbam cōcinnatum putat  
Celius: cuius in hauriēdo audiitas: vel spiritu uno  
Choam persiccaret. Choæ meminit Galenus: pri-  
mo de virtutibus naturalibus: quā Theodorus La-  
tine Sestarium vocat. Est vero Choam ēsūræ vīni  
species quædam.

Injce: iniſce LXXIII.  
**E**x Historica sanguinarij verbī iteratione na-  
tum id notat Celius: vbi ex diuersis dissonis-  
q; gentibus: Exercitū cōflari scribit. Huius verba  
hæc sunt. Nūcad manum est (inquit) quod euenis-  
se Carthaginensibus scriptum est. Quibus pluri-  
mus fuit mos peregrino vtī milite. Primo Punico  
bello in castris erāt Hispani/Galli/Ligures/Balea-  
res: Græci: Aphri: fugitiuorum & Trāffugarum  
ingens numerus. Mox finito bello quum tumul-  
tuari exercitus cœpisset: nec regi posset: Iræ impe-  
tus/furoris omnia plena erant. Tandem raptis ar-

mis per indignationē cōtempo Annone; & ceteris  
 ducibus: Carthaginē versus profecti: apud op-  
 pidū Tunē: quīndecim millibus passuum a Car-  
 thagine castra locant: petentes nō debita modo si-  
 bistipendia: sed etiā interfectorum in prēlijs equo-  
 rum sibi precia exolui. Neq; ijs contenti multorū  
 annorū frumentū deberi asserebant. Deniq; quo-  
 tidie noui aliquid (quo bellum mouerent) reperi-  
 bāt. Erat in exercitu Campanus quidam: qui pau-  
 lo ante seruus ex Sicilia a Romanis trāffugerat: vi-  
 tribus corporis atq; audacia in rebus bellicis præci-  
 pue insignis: nomine Spendius. Hic metuens: ne  
 si fœdus cum Carthaginensibus fieret: in domini  
 potestatem veniret: ac ex legibus penas lueret: sum-  
 ma audacia: verbis: ac re ipsa quæcunq; moliri: quo  
 omnia magis perturbaretur: seditionem q̄ fœdus:  
 bellum q̄ pacem preoptare. Præterea etiam Aphro-  
 quidam nomine Matho: qui liber quidam erat: sed  
 q̄ multa seditione fecisset: supplicium formidabat.  
 Hic quum Aphrorum multitudinem amplius cō-  
 citasset: extemplo omnes in concionem delibera-  
 di causa venere. Vbi Spendio ac Mathone in Car-  
 thaginenses vehemētius inuestis omnes facillime  
 aures præstabant. Qz si quis præterea aliter consu-  
 lere niteretur: non expectabant idē ne quod Spen-  
 dius: an diuersum sentiret: intelligere: sed cōfestim  
 in eum coniectis lapidibus interficiebant. Multi-  
 q; non solum duces: adeum modum: verum etiam  
 priuati homines cesi. Nihil aliud in tanto tumul-  
 tu per totum exercitum audiebatur: q̄ verbum hoc

C iii

## ADAGIALES FLOSCVL.

iniſce: iniſce: pariter omnes clamabant. Eoq; ma-  
gis eorum animus seu iebat q; paulo ante ebriſ a cœ-  
na surrexerant. Ex historica igitur lectione: quam  
copiosius explicare de Celiſ theſauris: quam pri-  
us enunciauerat Polibius: collibuit: nata est vox  
ſanguine plena: & feritatis Barbaræ. Quæ imagi-  
ne prouerbij quadam optime in eos congruet: qui  
moribus truculentis: ac efferatis/cruoris ſitientes  
cedem imperant q; primum.

## LXXIII.

**I**Nest perſe homini parum perſpicaci: parum-  
q; rerum perito: tanta animi caligo: ac cæcitas:  
vt ſui oblitus: nec domesticæ: genuinae q; humilita-  
tis memor magna affectet nomina: inſeratq; ſe ar-  
gutulis Cygnis Anſer obſtreperus. In id gen⁹ ho-  
mīnes intra pelliculam minus ſe continentē con-  
gruet appositissime prouerbii: quod de Ramnū-  
culi negoçio natū: ad vſum vſq; vitæ proficit. Sc̄e-  
ta enim fabella eſt: perrexiſſe olim perigentē Tau-  
rum ad aquas reſtinguendę ſitū gratia. Erat ibi for-  
te ranarum (vti aſſolet) plurimum. Dum vero au-  
diuſ belua ſeſe aquis inſerit: Ramnūculos ibi attri-  
uit aliquot. Re autem adeo tetra & formidolofa p-  
territus vnuſ confeſtim mādat fugæ præſidium: &  
ſedulitate mira: q; tam in id genus cadere probabi-  
le eſt. Peruenit ad matrem: narrat fratrū miſera-  
bile exitium: vt a ſtatuoroſo neſcio quo forēt imma-  
niter exculcati. At illa nimiris iſcita: nimirisq; exocu-  
lata: vt quæ filio aliqua volebat viſeri: tumescere

amplius cœpit: ac flatu modo magnitudinem captere rogans: Ecquid tāta foret pernicialis belua? Cui is: multo maior (inquit.) Illa etiamnum inflati plus: ac subinde cœpit: cupiens omnino magnitudinem visam exhibere filio. At is frustra conari illam animaduertens: Non si te ruperis (inquit) parvnq̄ futura es. Quod prouerbij formam fecit.

Solis mensa.

LXXV

**D**iuītum opulentorūq; hominum domos omni rerum copia vbertim affluentes: expositas q; inopum necessitatibus & alimentis: qui vnuſ diuitiarū modus plausu: ac fronde festa dignus prorsum & videtur: & est: rectissime Solis Mensam dixeris. Quod ex historia profluxit. Scribit historię parēs Herodotus in Aethiopia pratum omnium esse quadrupedum carne refertum. Eam vero carnem magistratus illic per noctem ponere festinabant. Vbi vero illuxisset: cuilibet licebat illuc advescendum accedere: indigenis existimantibus copiam epularū diuinitus suppeditari. Hāc Solis Mensam nuncuparunt: ad quā inspiciēdam olim Cambyses Legatos dimisit in Aethiopiam. Apud Meiam Pomponium ita legitur. Est locus in Aethiopia paratus: semp epulis refertus. Et quia vt libet vesci volētibus licet: Edulia passim apposita sunt: quæ affirmat innasci subinde diuinitus.

Clavis æneus

LXXVI.

**T**llud scitu dignissimum est: id fuisse moris venatorib; vt sicubi i remotiorib; Suem deiecerent: vel  
C iiiij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

Ceruum: ne computrescerent: Clauum æneū infis-  
gerent: veluti ad auertēdam putrefactionem reme-  
dium plane eset efficacissimum. Ex quibus omni-  
bus Adagium: vt id Clauum esse nobis æneum di-  
camus: q̄cquid est quo ita n̄ tamur: cōfoueamur q̄  
vte eo tanq̄ ridica firmissima: aduersus reflatum om-  
nem obfirmati constipatiq̄ cōsistamus: veluti ma-  
lorum omnium aut multorum e collo A muletum  
gestantes. Prosopion habet LXXVII.

**P**rosopion habet: non Proson. Adagiū est  
scite admodū: & argute in fucatam mulierē cō-  
cinnatum: quę tectorijs (vt Satyrographivtarvoca-  
bulo) lita facie: non aliud sane: q̄ p̄sonata esse videa-  
tur: quando nugis id genus peregrinis: vice laruae  
(si Horatiano verbo vtī permittitur) insitam obue-  
lāt deformitatem: aut crassantem senectutem: eru-  
gata cute: differre connituntur. Cæterū (vt studio-  
sos non remorer) eosq̄ non lateat quid Proson:  
& quid Prosopiō. Auctor est Iullius Pollux de re-  
rum vocabulis li. iij. quod fronti subiectū est Proso-  
pon dici: hoc est faciem: sed in homine tātum fere-  
nam in reliquis (inquit) nuncupatur Protome. A  
Prosopo autem: inter quæ etiam Prosopion: incli-  
nantur multa: quod Mormolycion (inquit) signi-  
ficat: quæ est persona.

Proci Penelopes. LXXVIII.

**A**ristotelem summum Peripateticorum prin-  
cipem adeo rerum naturaliū consecratorē au-  
dū: & solerter fuisse indagatorē: produnt aucto-  
res celeberrimi: vt causam eius mortis (de quo am-

plius in Bibliothecis nostris) hinc memorent pro fluxisse. Quem quā ab auditorio abesse vidisset Plato: suclamauit: Abest philosoph⁹ veritatis. Quā iterum non accessisset: dicere nō dubitauit: Abest nec venit intellectus. Hic porro philosophiam tāto studio amplexabatur: vt dicere nō dubitaret eos qui artes reliquas consecrarent: hanc vero negligenter: esse Penelopes procis consimiles: qui (vt traditū ab Homero testatur Celius) quā domīna potiri nequivissent: ad Ancillas diuertebant. Quā tamē sententiā Dioniasribunt alij. Velut si Philosophia artium ars: & scientiarum princeps: ac (vt M. Tullij aduocatiōe vtamur) vītē dux: virtutum īdagatrix: expurgatrixq; vītorum. Hinc ergo natū adagiū: vt Penelopes procos dictitemus: quos cunctū vīlorū scientiarum affectatores. Quod & Horatius ī voluptatibus mancipatos: nec vllam prorsus rationis lucem capientes: videtur ī necisse ī Epistola quadam. Ita enim pfecto habet: Nos numerus sumus: & fruges consumere natī Sponsi Penelopes/ Nebulōes/ Alcinoīq; In cute curāda plus æquo operata iuuentus.

Vnum quidem: sed Leonem. LXXIX.

**A**Esopī illius fabulatoris egregij: quē certatim linguae vtriusq; monumenta celebrant: Apologus est venustatis non illepidē: ac documenti nō contemnendi. Contendebant olim (inquit) vulpes & Leena de generositate: Inter alia: quum veluti ineluebile vulpes obīceret Leenam vñ semper parere: suum vero multiplicem esse partū: inc̄eo

## ADAGIALES FLOSCVLI.

sibi placeret plurimum. Respondit Leena parere se quidem vnum: sed illum Leonem. Quod in adagium vertitur: quum virtute ac animi excellētiā spectari oportere astrauius: non vilem numerum & inutilem.

Ouum totus factus. LXXX.

**C**Apillos inficere: veteris etiamnum fuisse moris: saepius Plinius medicina perdocet. Nec idē Poetæ tacuerunt. Nam & Martialis cecinīt: Menteris iuuenem: tinctis Letine capillis Tam subito Coruus qui modo Cignus eras. Extat itē (inquit Celsus) Niciæ cuiusdam perelegans Tetraastichō: quo ridetur nescio quis (vti apparet) tingēdi capilli affectator summus: Sed ei rei dum nimium studet: effectum est: ut vitiata cute defluxerint crines omnino: nec vullo medicamento succreuerint amplius. Propterea turpiter nudato capite: Ouum esse factum totum facetissime Poeta hic cauillatur. Id est huiusmodi. Caput inficiēs quidam capillos destruxit ipsos. Et quis perhirsutus foret: Ouum tamen est factus totus. Proinde exclamauit infeccōr Tōsorem nil amplius succidere: nec albam Comā neq̄ item nigrefactam,

Panegyrica. LXXXI.

**P**Anegyrica: ex scito quodā adagio dici posse videntur quęcūq; ex pluribus aggregata sunt. Panegyrica Græcis appellari scimus: Nundinas: festas celebritates & Conuētus. Nam scribit Herodotus historia sexta: Panagyres Athenis: hoc est publicos Conuētus quinto quoq; anno fieri solitos

# P.CORBELINI.

Hinc Panegyricas orationes legimus: quæ in his iusmodi haberentur Conuentibus. Significat & Panagyris locum ipsum in quo sit hominum congregatio. Quod vero ad præsens negociū facit: ele ganter Plutarchus Symposiacorū. iiiij. Corpus cōpositū (vt nostra sunt) Panegyricū vocavit mixtū: hoc est (vt interpretat̄ Celius) ex plurib⁹ & interīm diuersis aggregatum/concinnatumq; ac compactum.

## Lapis super lapidem. LXXXII.

**A**RISTIPPI illius voluptatis assertoris: quem Diogenes Regiū canē appellare cōsueuerat: Apophthegmata circūferunt pleraq; non equidē īscita. Inter alia: id lōge grauiſſimū. Nā rogatus a quodā. Qui melior euasurus esset filius: si erudit̄etur: Vt nihil aliud (inquit) certe vel in Theatro nō sedebit lapis sup lapide. Id in Adagiū vsq; proficit appositissime. Si quidē imperit nō fere aliud est: q; lapis: aut indomitus equus. Hoc enim plane interstitio ab indoctis erudit̄i disparantur. Socraticum vero illud est: Vnicum esse bonum Scientiā: Inscitiam malum vnicum. At Licinius Imperator imperitię conceptaculum sordidissimum: Literas virus: ac publicam pestem dictabat.

## bay. LXXXIII

**P**er quidā Barbarus: quū venisset Athenas: magnus (vt mihi auctore est Celius) sibi videbatur q; Græcas literas tres ab y dīdicisset. Quumq; in patriā remeasset magno populariū fauore exceptus: contra Pretorē quendam Græce concionatē

## ADAGIALES FLOSCVLI.

positus est: qui posteaque perorauit (vt erat vocalissi-  
mus) exclamare peregit:  $\alpha\beta\gamma$ : quo clamore præter  
ritus Prætor siluit. Barbari vero ciuem suum vicis-  
se existimantes illum magno plausu domum redu-  
xerunt. Quovt*i* meo quidem iudicio cōueniet: vbi  
indoctus indoctum perinde ac Graculū graculus  
admiratur.

### LITERÆ MUTÆ

### LXXXIII.

**I**D proverbiali círculo festiuē admodum dicitur  
de ijs qui parum literis compiti: ex se quidem per-  
ficere vocem nequeunt: hoc est doctas graues: viro  
denique dignas ciuili cōfabulationes: at enim cum  
eruditioribus quasi coeunt: conspiratu consono  
sunt plane velut adiunctæ vocalibus Mutæ: qui-  
bus (vt Probus ait) ex natura suum vocabulum ce-  
sit: ideoque Mutæ dicuntur: quoniam per vocales li-  
teras enunciantur: neque etiam per se syllabam vnā  
efficere queunt. Literas Mutas nō immerito: Cer-  
cophili mei umbras appellauerim: qui tantum de  
olla: & mero contendere videtur: nihil ad rem vnque  
adducentes.

### MOPSOCERTIOR.

### LXXXV.

**I**L lud de eo dicitur: qui mentis acumine: ac rei  
peritia præuidet quod futurū certissime: & pdicit.  
Quando latetia & pene extra hois captū diuinan-  
dipræstantia creditur Mopsus egregie præuidisse  
& enūciasse. Quo argumēto (inquit Celius) vide  
Calchati fuisse mortis causa: quū vaticinij ei<sup>r</sup> clar-  
itatē merore cōfect<sup>r</sup> pati nequisset. Tradūt siquidē  
Calchantē hunc Augure maloqui egregium cum

Amphiloco āphiarai filio: e Troiano bello redeū  
tē: terrestri itinere ad Clarij Apollinis lucū perue-  
nisse: qui est ante Colophonem Ciuitatē Ionicā:  
quumq; in Mopsum icidisset: illi huiusmodi quid  
dam proposuisse: vt cecinit Hesiodus.  
Mīrabor sane: poteris si dicere/ fīcus  
Quot nūero hēc Caprific⁹ habet/ pparua līcet sitj  
Mille quidem decies modius mensura: superq;  
Vna fit: hanc nullo poteris comprehēdere pacto.  
Dixit: & inuentus numerus: mensuraq; certa est:  
Continuo mortis Calchanti somnus obortus.  
Scribit tamen Pherecides pregnanti Sue oblata  
Calchante interrogasse: quot gestaret porculos:  
Hunc vero tres respōdisse: atq; ex his fœmināvnā.  
Quemvb; vera locutū patuit: illū ægritudine mor-  
tuum. Sunt qui dicant Calchante de Sue propo-  
suissse: Illū vero de Caprificio: ac Mopsum vera di-  
xisse: Calchante mīnime: & inde merore conta-  
buissse. Et Sophocles tunc (inquit) Calchanti fato  
mortem ingruere decretoriam: quum præstantio-  
rem augurem offendisset.

## Alexandri poculum. LXXXVI.

A Lexandrum Macedonēm vtriusq; lingue cal-  
culis celeberrimū: vinolentię succubuisse cō-  
stat: adeo vt inde Alexandri poculū visendæ capa-  
citatis etiā prouerbío usurpet. Ex quo & cuiusdā  
apophthegma nobile celebratur: cui quum id por-  
rigere: repulit inquiens nolle se Alexandri calice  
exiccato ad Aesculapium cogi.

## Iracundia iejuna. LXXXVII.

# ADAGIALES FLOSCVLI.

**I**racundiam ieiunam usurpari posse demonstrat Celius: pro ea: quæ propensa admodum sit: & pro cliuis: nimioq; plus ad omnē excandescentiam parata. Vt enim exigitudine pressi in iram plabuntur facilius: ita & ieiuni (ut saepius) iracundiores sunt q; saturi.

## Coma Lycia LXXXVIII.

**L**y ciam Comam eleganter/docteque per Adagiū usurpari posse animaduertunt plerique: pro ea quæ promissior sit: ac comptior. Habet & Aristoteles Lycios capillitiū studiosius fouere: & quidē ut multam subire maluerint: q; Comā præcidere. Id quādo obscurus est exequemur paulo latius: qd in his Flosculis floridius elucescat: ex Celio collectum. Erat apud Mausolum Cariæ Regem Cōda Ius: cuius post Regē facile erat primus dignitatis gradus: atque is Lyciae præerat. Quum opere preciū arbitraretur: q; plurimum posset pecuniarū ad Regem mittere: aut etiam sibi congerere: lerido commēto Lycios circumscriptis. Siquidem intuitus illos Comam grata impēdioque enutrire: finxit sibi a Mausolo allatas esse literas: quibus iniungerent ut capillos mitteret ad proscenia: ea videtur fuisse celebritas quædam deponendē Comę: quo nomine oportere illos attondi. Q; si præstituram pecuniarum summam exoluere animū inducerent: misserunt se: qui ex Græcia Capillitium affatim afferret. Id quum Lycij amplius perpendissent: & Comæ delitias in magno reponerent: gratissime conditionem admisere. Atque ex faceto mox comen-

to magna vís pecuniarum est congeta.

Sulcus Aegypti Libyæ arenas non cū  
rat.

LXXXIX.

**A**Dagium est de loco nō admodū quidem lato:  
sed insigniter fœcūdo: ac fructuoso: qui lōge  
anteponendus desertis videſt: incultisq; agris ac vaſtioribus. Si quidem Aegyptus magnitudie cedit  
vtiq; Lybiæ: sed ita: vt illius tota vaſtitas ne huius  
quidē assequat̄ portiunculā. Dicebaſ enim Aegy-  
ptus publicū Orbis Horreū. Scribit & Iosephus  
regionē illam tam munitam: & adeo fertile: vt cun-  
ctos mortales pascere: deos iſpos excipere hospitio  
saluare posse gloriaretur. Aegyptij porro prouen-  
tū illa mōstrarint amplissime: q; Cicerο scribit. Au-  
letæ patri Cleopatræ (a quo pellime: ac per summā  
ignauiam regnū administrari solitū memorat Ce-  
lius) Tamen quotannis duodenū millium & quin-  
genum talentorum tributum conferri affueuiffe.

Minerua Phidiæ. XC.

**M**ineruam Phidiæ: prouerbio scito: excusſoq;  
vſurpamus de re cultissima: & quæ in excelsō  
loco cōſpicuoq; viſenda oībus cōſtitui debeat. Ci-  
cero. Hoc enim opus in apertū: vt referas nihil po-  
ſtulo: Nō enim est tale vt in arce ponī possit: quaſi  
Minerua Phidię: ſed tātū vt ex eadē officina exiſſe  
videſt. Fuit quippe Athenis ad Acropolim Miner-  
uæ statua ex ebore: a Phidia egregie elaborata. Me-  
minit Pli. li. xxxiiij. Fecit inquit & ex ebore æque  
Mineruam Athenis: q; est in Parthenone aſtans. i.  
Mineruæ templo, Oculieruditि. XCI,

# ADAGIALES FLOSCVLI.

**E**X ADAGIO recte dici videntur: de ijs quo<sup>r</sup>um iudicium amissitatum: examinatumq;<sup>z</sup>: ac Censorum quodammodo in perpendendis di- scernendisq; rebus pernoscitur. Nec id in legen- do solum: quod hoc forte rarius: sed in spectanda pre- cture nobili: aut opere antiquis artificum nomini bus precioso. M. Tullius: Auctionis tabula testu pidum detinet: aut signum aliquid Polycleti: Mi ror vnde sustuleris: & quomodo habeas intuētem te: admirantem: clamores tollentem quum video: Seruum te esse ineptiarum omnium iudico. Non ne igitsunt illa festiva? sint: non nos quoq; oculos eruditos habemus. Hucusq; Cic.

**Equus Troianus.** XCII.

**E**quus Troianus: quodāntū lectione magistra cō pertum mihi est: prouerbio valet surpari pro societate non in perniciem modo cuiuspiā inita: ve rum & ad bonam frugem aliquā. Cicerō in philip- picis. In huius me(inquit) consilijs societatem: tan- q; in Equum Troianum includi cum principib; non recuso. Alibi Cicerō idē Ex Isocratis ludo: ve lutī ex equo Troiano in numeros principes exiuis- se scribit. Adagijs ratio notissima. Non Græcorum principes inclusos fuisse in equum Epej: pro comperto omnibus est: Achille ab Hectorē trans Simeonta in femore vulnerato: quum maiores confli ctus postea sequerentur: Antilochusq; & Ajax ab eodem in pugna: ait Dion: iterempti Parīsa Philo- Etete sagitta ictus: & Pēthesilea a Neoptolemo te- lo transfixa mortem occubuerunt: atq; ita opibus

vtrinque fœda clade accisis: quum multo maior ho-  
mīnū & rerū iactura esset a Græcis facta: quod a Phri-  
gib⁹: fœdus vtric⁹ icstū: vt Græci pro ea pecunia:  
quod Príamus sibi dari postulabat: ob bellum iuria a  
Græcis illatū: Mineruque Iliac⁹ opus memorabile re-  
linqueret. Vnde sumpta est poetis materia: vt Tro-  
iam equo captā: memorie prodiderint. Plinius autē  
bellicā machinā Troianum equū fuisse existimat.

## Porcus Troianus. XCIII.

**E**X hac Troiani Equi similitudine: i veteribus  
memorijs Porcum dici Troianū: iuenit qua-  
si alijs inclusis animalib⁹ grauidū: vt ille grauidus ar-  
matis fuit. Scribit in Coenis suis Macrobius: Cin-  
cium insuasione legis Fannique obiecisse seculo suo:  
quod Porcum Troianum mensis inferrent.

## Perdicis Libido. XCIV.

**P**erdicis libidinē usurpari posse Adagiovolut:  
pro efferata: turpi atque infamī: demūque perni-  
ciosa. Proditum a Mythicis est: Perdicē fuisse Ve-  
natorem: qui sit matris infando amore correptus:  
dum vero vtrinque immodesta libido efferueretur:  
& noui facinoris verecundia reluctaretur: consum-  
ptus atque ad extremam labem perductus memora-  
tur. Fenestella Martialis scriptū reliquit: hūc Per-  
dica initio fuisse Venatorem. Cui quum cruētum  
institutū: & solitudinis studiosa meditatio displi-  
cere coepisset: assiduis agitata cursib⁹: simulque quod in-  
tueretur huiusmodi reistudiosos Aetona: Ado-  
niū: Hippolitum truculento periisse exitio: Artis  
pristinæ affectui misisse repudiū: atque eo studio de-

D.

## ADAGIALES FLOSCV LI.

sito: agriculturę totum se mācipasse. Quo nomine  
terram quasi matrem: omnīū genitricem fertur ad-  
amasse. Quo labore consumptus: ad maciē prola-  
psus dicitur. Ceterū: vt a fabulosis ad historicā de-  
migremus facultatem/veritatēq;. Vide aut̄is Ada-  
gio quoq; gradū fecisse: nec enim (vt rerum nature  
periti tradūt) in animali alio par opus libidinis. Si  
cōtra mares steterint fœminæ: sicuti Aristoteles  
v. de historijs reliquīt: aura ab ijs flante: pregnan-  
tes fiunt. Hiantes autem exerta lingua: per id tem-  
pus estuant: concipiuntq; superuolitantium affla-  
tu: s̄aþe voce tantū audita masculi. Quod ab Au-  
cenna repetitum dicit Celius. Dīmīcat īter se ma-  
res desiderio fœminarum: victumq; aiunt: Venerē  
pati. quod & Cothurnices facere dicuntur.

Perdicis Vafricies. XCV.

**I**Neos qui astute sciūt insidias sibi paratas effu-  
gere: tralatiōe pelegāti sumpta: a Perdīce. Quæ  
(vt Hieronym⁹ ait) & aliena oua calefacit: si furto  
propria amiserit. Sed quū creuerint ī nidis pulli  
euolāt: & ad parentes suos redeūt emētitū omittē-  
tes. Perdīces sibi īsidian̄t: & si afferāt illos ad siluā:  
quī eos habēt: vocē emittūt absconsi: sicq; veniunt  
ceteri: ac ī retia præcipitantur: plusq; pedibus q̄  
pennis fugiunt aucupantes. Et si ad hoc fuerint ut  
capiant̄: similem sibi colore lapidem querūt: & ī-  
ib⁹ supinos se componunt. Vnde Adagium.

Oculos solis facile decipi. XCVI.

**I**N versipelles dīci īuenimus. Ipsos etiā oculos  
Solis: & iustitiae facile frustrari posse. Oculus ve-

ro (& de quo longius alibi) Iustitia seruator: & totius corporis custos interpretatur. Alioqui Iustitia oculatissima esse fingitur: oculo vegetissimo: acie perspicaci: & cuncta perspiciente. Quam Chrysippus effingi solitam prodidit aspectu formidabili: lumînibus oculorum acribus: neq; atrociis: sed reverendè cuiusdam tristitia dignitate: Plato volume de legibus nono. Iustitiam omnium speculatricem atq; vindicem appellat. Hinc in veterû monumentis legimus nonnullos Solis & iustitia testatos oculos.

## Harpyiae.

XCVII.

**H**Arpyias pro nequissimis mulieribus: veluti Hex Adagio usurpasse videtur Apuleius: Cuiusmodi fuerint monstrosa Harpyiarum corpora notum abude est: ex Virgiliano carmine Virginei volucrû vultus: fœdissima ventris Proluuiæ: vñc q; manus: & pallida semp. Ora fame. Seruus Neptuni prodigiorū patris: & terre filias putat: quas Iouis alij esse malint: alij Thaumantis & Electræ. Apollonius duas esse dixit. Quidā tres. Has virgines ideo effigiari scribunt: q; omnis rapina arida sit ac sterilis: ideo plumis circumdatae: q; quicquid inuaserit rapina: celat. Volatiles autē: q; omnis rapina ad volandum sit celerrima. Aello enim dicitur quasi alienum tollens. Ocypete citius auferens. Celenum vero Græci nigrum vocant. Quæ omnia id demum significare evidenter apud eruditos: q; aliena concupiscimus primo. Mox expetita inuadimus. Postremo iunctata semel abscondimus;

D ij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

illatebramusq;. Estq; huic rei occasio data: Rape/  
Clepe/ Tene/ Harpaga. Vnde & Harpagōes apd  
Comicos verbū frequens: pecuniae immorientes.  
Videtur Sidoñius Apolliaris Harpyias usurpas-  
se pro raptoribus. Nam libenter (inquit ille) ince-  
dunt armati ad epulas: Albatī ad exequias: Pelliti  
ad ecclesias: Pullati ad nuptias: Castorinati ad Le-  
tanias. Nullum illis genus hominum: ordinū: tē-  
porum cordi est. In foro Scythę: In cubiculo Vipe-  
ræ: In cōuiuio Scurrę: In exactiōnibus Harpyę:  
In collocutionibus Statue.

Febris Aestiuia. XCVIII.

**A**estiuam ægritudinem fere omnē celeriter de-  
sinere: obseruatū est a clarissimis medicorum.  
Quodvt mōstraret maximus ille: ac diuinissimus  
Hippocrates lib. sentētiarū. iij. ita scriptū reliquīt.  
Quartanę Aestiuę breues magna ex pte sunt. Au-  
tūnales longę: præsertim quæ hyemem attingunt.  
Ex doctrina igitur hac profluit adagiu: vt ægritu-  
dinem mox paulo desitaram: nec procaci recursu:  
aut lancinatione diuturniore: corpus emaciatur  
vel confecturam quoq; nuncupemus aestiuam. Et  
Galenus. Non quartanę solū (inquit) breues aesta-  
tes sunt: sed ceterę ægritudines quoq; celeriter desi-  
nunt. Aestiuę bibere. XCIX.

**S**Enarius hic proverbialis est: quo significa ſlar-  
gius: vberiusq; bibere. Nā cibus parcus: potio  
liberalis per aestate admittitur. Ille magis: hec om-  
nino. Potioni namq; per astatem ob temporū ſicci-  
tatem indulgendū ex toto est: parsimonia vero cibi-

communis quidem omnium temporū est: sed æsta  
tī magis conuenit: nā constat ratione æstuum nos  
siticulosiores effici. Senilis valetudo. C.

**S**Eniores magna ex parte minus egrotare q̄ iuuē-  
nes adnotatū ab Hippocrate est. Attamen: qui  
longe ijs acciderunt morbi: magna ex parte insa-  
nabiles tota vita comitantur. Hinc fluīt adagium  
perelegans: vt senilem nuncupemus valetudinem:  
prosperam satis: minusq; causatiōibus obuiām in-  
festam: vel(sī ita mauis) quæ medicam non admīt-  
tat manum: nec vlla valeat ratione persanari.

Hiemalis refection. CI.

**H**iemalem refectionē usurpamus: pro ea: quæ  
largiore præbeatur manu: nec auariter. Ven-  
tres namq; hieme: sed & vere quoq; natura calidissi-  
simi sunt: & somni largissimi. Itaq; per ea tempora  
cibi dari copiosius debent. Caloris enim natuī co-  
pia magna est: vt cibus peride plenior requiratur.  
Cuius argumento sunt ætates & Athletē.

Septimanī Tragedi. CII.

**S**eptimanī Tragedi: ex Adagio dici valent: qui  
Smorbo veletiam quauis alia causa in deliriū pro-  
labuntur. Huius origo: ratioq; historica est: Ferūt  
Abderitas quandoq; Lysimacho regnante: nouo  
quodam etiam mīrādo genete morbi infestari cœ-  
pisse. Modus maliterat hīc. Primū vnūuersim cras-  
saba febris prērapida: succēsaq;. Vbi dies aduene-  
rat septimus: ijs sanguis profuebat narib⁹ copio-  
se: largiterq;. Alij sudore multo digerebāt: Et hīc  
erat febri finis. Perridicula mentem omnium obsi-

D iiij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

debata affectio. Siquidem ad Tragedia concitabatur: iam bīcaq; vocalissime detonabant. Sed Eurípidis Andromedam imprímis: & Persei verba cātu percurrebat: Prētenuibus ac præpallidis Septimannis istiusmodi Tragedis offertissima Ciuitas erat: vociferantium hæc & id genus alia: O Deorū hominumq; Amor Tyranne. In multum producta est iusitata deliratio hæc: donec hiems & atrox frigus accedēs malo fine induxit. Morbi initū p̄fluxisse hinc opinantur: q̄ ea tempestate magni noninīs Tragedus Archelaus: æstatis meditullio caloribus succēsis: Andromedā illic actitauit: vnde febriū causam in Theatro cōtraxerint' Abderitæ. Quumq; (vt afolet) Tragedię illius spectra menti obuersarentur: Conualecentes in eandem per delirium dilabebantur memoriæ Andromeda inhærente: ac Perseo cum Medusa. Hinc Adagijs origo fluxit. Eo vtī possumus: quum mentis errore & inadecto conatu opus aliquid aggrediuntur multi.

Somnus attonitus. CIII.

Somnum attonitum eleganter ac docte dīcimus: Squum quis ita obdormiscit: vt difficulter expergesieri valeat. Sed (iquit Galenus) illorum deliria vehementer cauenda: qui tota (vt aiunt) via aberrantes Attonitum Somnum incipientem/ diutinum Somnū esse existimant: quum recte nomineſ Somnus diutinus; si temporis serie dumtaxat transfliat naturæ moderationem.

Q Gallica sapientia CIII.  
Vnam sit huius origo: & si Celium (cui nō

parum me debere īgenue fateor) legerim: me igno-  
rare profitetī non verebor: Cuius tamen (vt nihil  
ille vīsum intactum relinquīt) interpretamēto pro  
sapientia: quæ p̄ematura demum deficiens adob-  
brutescit: sumitūr. Hui⁹ verba subieci: A doctissi-  
mis (inquit ille) prodītum est Gallorū pueros ini-  
tiō sapientēs viderī: mox auctiores factos desipere.  
Quod educandi curē aliqui ascribūt. Sed salua tā-  
ti Virī reuerentia dixerim non minorem Gallica-  
nīs circa puerorum eruditionem: & bonorum mo-  
rum dotes īpīngēdas: q̄ Lacedæmonijs olim cu-  
ram consistere. Nec suos laudet Italia.

Nunq̄ Hecale fies CV.

**S**Citus adagio est: quo significat Celius nunq̄ a  
spaupertate eiusmodi oppressum iri quempiā:  
qua olim cīcumuēta Hecale est. De qua Plautina  
carmina (ex quibus prouerbij nata obseruatō est)  
subscribemus ex Cīstellaria.  
Ecastor haud me pœnitet:

Sī vt dīcis: ita futura es: nam sīquidē ita eris: vtvo-  
lo. Nunq̄ Hecale fies: semperq̄ isthāc quā habes  
ætatulam obtinebis.

Hæc videt̄ fuīsse pauperrima Anicula: a qua The-  
seus olim adolescēs comiter est hospitio suscep̄tus  
Huīus paupertatis meminit Ouidius: ī de Reme-  
dio: ita scribens.

Cur nemo est Hecalē: nulla est: quē cōperit Irum  
Nempe q̄ alter egens: Altera pauper erat.

A puleius quoq̄ li. meth. j. ex Politiani emēdatiō-  
ne. Sī cōtentus (inquit) lare paruulo Thesei illius

D iiij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

cognomini patris tui virtutes emulaueris: qui non  
est aspernatus Hecales anus hospitium tenue. Et  
hospitijs in Priapeijs epigrammatibus sic.

Equalis tibi quam domum reuertens.

Theseus repperit in rogo iacentem.

Galeni Valetudo. CVI:

**G**Alenum Philosophum & Medicum singula  
rem: cuius scientissima & plurima extat in ge-  
nijs monumenta: que genuinam sapiut eruditio-  
ne: memorie proditum a multis est. cxiij. anno svixisse:  
tantaq; in cibo & potu abstinentia vsum: vt ad satie-  
tatem comedere aut bibere nunquam: nec crudum vn-  
q; quicq; gustarit. Vnde sit factum: vt odorificum  
semper anhelitum spiraret. Sed quod loge mirabi-  
lius est: citrav illam omnino affectione sola defece-  
rit senectute: Quod in humanis est rarissimum in  
tantas blandientis gule lascivia: & in interitum  
vergentis naturae fragilitate. Vt cumque hinc certe ada-  
gium obrepere: dicit Celius vt Galeni Valetudi-  
nem dicamus pro ea: quae ultra humanum captum  
nimis sit prospera: nimisq; inoffensa. Suidas tam  
auctore est Galenū modo annos svixisse. lxx. Cæte-  
rum Galenus ipse de se ita propemodum scribit libro  
de interioribus. ij. Sum (iquit) mihi conscius  
quodam tempore tanto me esse conflictatum do-  
lore: vt ventris interiora arbitrarer conuelli: lanci-  
nariq;. Ephemera porro febre hic plerumq; do-  
lebat.

**C**ollopis similis: CVII:  
Collopas dici prædura in ceruice bouium coria:

ex quibus moris erat (inquiunt) conficere: quos vocant Collabos: ait Celius. Sed dicitur & Colops dorsuale corium: quoniam ex eo fiat Colla. Vnde Facetissimus Comicus Aristophanes Aeschili duxit etiam monstraturus: Puto ipsum (inquit) Collabos per simile. Quod in Adagijs vsum de promitur. Existimat idem Celius Collabos in cythara esse claviculos: quibus remittuntur vel intenduntur fides.

## Asinus Aegyptius. CVIII.

**A**simum Aegyptium venire in proverbiū animaduertimus p[ro]eo: qui derisi sit omnibus: quemque omnes insectentur/conuellant: lacerent. Eius ratio ex historia est. Proditur siquidem memoria in Aegypto flavi coloris homines ludibrio esse: plurimumque vellicari. Asinos vero plerumque in precepis dari: Sicuti euenisse apud Coptitas: ait Celius. Vtriusque facti reddidit ea ferme ratio: quod rufus foret Typhon: hostis perpetuus Osiridis: nec non asini quoque colorem praeferret. Sed additur item hebetudinis: ac ruditatis ratio: nec non iniuriarum illatio frequens. Quae causa gentibus item illis expressit: ut Persarum Regem Ochum nomine: quem miro prosequabantur odio: Asimum subinde appellarent. Quare is commotior factus: Asinus (inquit) hic vestro boue coescetur. Protinusque Apis immolauit. Legimus item Busiritas & Lycopolitas tato eius animalis odio flagrasse: ut Tubis omnino supersederent ut: tanquam sonum edant asinino plane consimilem. Prorsusque non purum id animal arbitrabantur: sed demonicum.

## ADAGIALES FLOSCVLI.

Mantis tevidit. CIX.

**E**sse in eos Adagio videtur: quibus fascinat or  
oculus malis obiecit quippiam. Proditur enim  
est (id habet Celius) in Gr̄ecorum commentariolis  
quibusdam esse Mantin Locustae genus: que in sti-  
pulis enasco virens colore: corpore praelongo: pe-  
dibus item prioribus praelongis quos & agitat as-  
sidue. Ex qua ratione sunt qui putent premacra: ac  
prætenuerunt significari puellam a Theocrito. Aristor-  
chus in Commentario Lycurgi Locustam hanc scri-  
bit si quod is pexerit animal protinus illi quidpiam  
producere malum. Vnde Mantis vocatur: quæ noxijs  
molestijs aspectus est.

Autumnalis appetentia. CX.

**I**d per Senarium proverbialem docte usurpatur  
pro recta aptaque voracitate. Eius rei novina vide-  
tur ratio. Sunt quia ad Oporas (quos fructus inter-  
pretatur Celius) huius euentus causam rei sciant.  
Neque id item simpliciter. Sunt enim qui fructuum  
esitatione multiplici aluum: subduci insigniter ar-  
bitrentur: proindeque retrimentijs & inutili mole  
exinanitum corpus nouas validasque appetentias  
parare. Alij vero fructuum plurimis inesse credunt  
sapidum quiddam: mordaxque quo lacefatur Sto-  
machivoracitas amplius: que obsonijs vallis: aut bel-  
larijs.

Amicus ut oleum plantis. CXI.

**O**leum esse Plantis infestissimum proditorerū  
naturę peritis sciunt (inquit Celius) qui Gr̄e-  
ca pertractat. Cuī rei argumento est: Si Plantam

quamlibet oleo inunxeris: demoritur protinus: si  
cuti & apes. Inde ergo coccinatur in eum adagiu:  
qui inimicus infestusque omnibus est: ac dissociabi  
li morum feritate: truculentiaque communione non  
patitur. Strumam Dibapho vestire. GXII.

**Q**uantum. M. Tullius verbis coniectare possu-  
mus: est scelera turpitudinem: sordes cuiuspiam  
honorum fastigio occultare: honestareque. Ita enim  
scriptum legit. iij. epi. ad Atticu. Proinde isti licet fa-  
ciat quos volent Coss. Trib. pl. etiā: Deinde Vati-  
niū Strumam Sacerdotij Dibapho vestiant. Diba-  
phum certe purpuram signare bis tintam: veluti  
impedio magnifico: videtur id ex Plinio proflu-  
xisse. Struma( vt colligunt nonnulli) extantia que-  
dam in Tergo est: sicuti in pectore habet Gibbus:  
Strumas Semidoctū vulgus Scrophulas vocitat.

Terrestre tonitru. CXIII.

**T**errestre tonitru positum extat pro terribili: te-  
tro ac metuendi horroris. Verum siquidem(aīt Ce-  
lius) irroborauit opinio: quicquid visa est formidabili-  
le: ac graue esse ex terra progenitum. Sunt qui eo epy-  
tetho vehementer sonata malint intelligi: Aut que  
sub terra fiat. Quoniam vbi insonet terra: ptingere  
celum quoque sonitus is credat. Idque genus tonitru  
ex alto cōcipi opinentur homines. Non enim Cerco-  
phile plenam habes linguam terrestri tonitru: ad  
uersus solem semper loquitas: vt inde sileas nunquam:  
sicuti nec bombili a suis bōbis desistut. Parce que  
so ne sis(vt dicitur) Punica Laterna: quae lumine suū  
minus celare nouerit.

## ADAGIALES FLOSCVLI.

Conclamare vasa CXLIV.

**P**Er iucundam a re militari tralationem: de ijs prouerbio dictitant: quos iam demigrasse volunt significare. Id inuere videtur Cicerio: accusatum in Verrem lib. vij. Conquiri Diodorum tota prouincia iubet: ille ex Sicilia castra iam mouerat: & Vasa collegerat. Vnde & illud (si nemini) Lucani Corpora nondū Conclamata iacent. Theretius. Desine: iam Cōclamatum est. Et Cæsar ciuilium bellorum lib. j. Fit ab hoc certior Cæsar Duces ad uersariorum silentio copias castris educere: quo cognito signum dari iubet: & Vasa militari more Cōclamari. Cui & simile est istud (cuius mentionem fecit Cicerio) Castra mouere.

Sine Corrolario non recedere. CXV.

**S**Vccurrīt nunc ex eodē Cicerone: Adagio alius non aspernabilis. Huīus verba subtexui. Cēna bat (inquit) apud Eupoleum. Argentum ī cete rum purum apposuerat: ne purus ipse reliquere: Duo pocula non magna: Verum tamen cum Emblematis: Hic quasi festiuū Acroma. Ne sine Corrolario de conuiuio decederet. Patet ex ijs scite admodum ī audiūsculos concinnari prouerbium: quibus haudquaq̄ esse sat vide: si qđ iustum æquū q̄ est: id p̄iscant: nīsi amplius aliquid corraserint: Est siquidem Corrolarium (vt. M. Varro scribit libro. j. de ling. lati. id quod additum est: præterq̄ quod debitum: Tanq̄ Auctarium Superpodium q̄. i. vltra pondus: mensuram q̄ adiectum.

Cercus. CXVI.

Cercon Græci varie exponūt. Nūc enīeo noīe  
 vas intelligūt. Alīs pro ianua æneavidentur ac  
 cipere. Anulum ostij quidā interpretātur. Sed &  
 animalis cuiuslibet cauda recte ita vīdeſ dīcia ſaliē  
 do: obrepēdoq; Aristophanes ecce(iquit) leporis  
 caudam excipe. Qui a vero mollior delicatiorq; eſt  
 eius animalis pilus: ſpōgie loco vtebanſ plērumq;  
 purgādīs pſertim detergēdīſq; lippitudinibus. In  
 de natū tradit adagīu Celiuſ/i eos: qui nīmis astu-  
 te subblandiunt̄ vt nūcupenſ Cerci. Auctoſ Tul-  
 liuſ li. Epīſtolarū. viij. ad Atticū: vbi de ciuili bel-  
 lo agēs Domītius(inquit) in Cosano eſt quīdā(vt  
 aiunt) paratus ad nauigandū: ſi in Hispaniā: non  
 probo: ſi ad Cneū: laudo: quo uis potius certe: q; vt  
 Cercū videat: quem ego prorsus aspīcere non poſ-  
 sum. Quo in loco Cesarē intelligit Celiuſ qui mi-  
 ra vafricie graſſabaſ: vt omnino arriperet principa-  
 tum: Arridebatq; omniſbus. Sunt qui Cercon ani-  
 mal interpretentur vites obledens: nōnulli murē  
 putāt effe ſilueſtrem: Gallū etiamalij. Sed & virile  
 pudendum. Vnde in Cercum noſtrum nouum no-  
 men cudimuſ: cuius extat adagīu. Quis enīm meū  
 Cercophilum: ſpurciflimum illud propudīum:  
 Cercum non vocitauerit: quum(vt in alio adagio  
 eſt) ſit paſſere verno ſalacior magisq; procax.

Sub manu CXVII.

A Dagio eſtelegās: q;uis obscuritatīs nō multe  
 Vtitur eo i Epīſtolis ad Luciliū Seneca. Cō-  
 ſiliū(iquit) naſci ſub die debet: & hoc quoq; tardū  
 eſt nīmis. Sub manu quoq; (quod aiunt) cōſilium

## ADAGIALES FLOSCVLI.

**nascatur.** Significatur autem talis proverbio: summa temporis celeritas.

Pallenicum inspicere

CXVIII.

**I**llud in eum docto iacit proverbio: qui depugnaturus in hostem generosum quiddam vultu praesferat: ac eximiam animi altitudinem: Vnde formido iniiciatur ex aduersum congregandi. Eius rationem ex historia promunt: q̄ ita affecti Athenienses in Pisistratum coortis sint apud Pallenem Atticę locum: quum is Tyrannidem inuaderet. Quid si ad urbem Thraciae Pallenem referas: nun cupatam quidēsica Pallene Sithonis filia & Cliti uxore: sicut auctor Hegesippus est in Palleniacis. Antiquitus vero dicta credit Phlegra. Incolas autem Gigantas dixerunt: quibus constiterit aduersus deos bellum. Cæterum memoriae proditur illuc delatum Herculem gentis feritatem: & in cæteros odium quoddam intimum admiratum: cœpisse cum illis depugnare: interim vero tonuisse frequenter: & crebra de celo cecidisse fulmina. Vnde obrepit fabellę occasio: cum Gigantibus ibi depugnatum a Dijs.

Palæphatia Papyrus.

CXIX.

**D**elibellis: quibus inuoluta fabellis commemorantur: quæque vix impetrent fidem: ab auctore Palæphato: qui incredibilem volumina concinnauit quinq̄. Fuit Palæphatus hic Parius patria: siue (ut alij tradunt) Prieneus. Vixit autem Artaxerxis tempore. Cæterum fuit: & Palæphatus alius Historicus: qui Cypriaca scripsit:

ac Deliaea: item Attica: & Arabica. Vixit hic Alexander Macedonum temporibus. Fuit & nomine eodem Aegyptius Grammaticus: aut (ut alij volunt) Atheniensis.

Staterij paries. CXX.

**S**TATERIUM Paries prouerbiū est: quo commō nemur verbis esse parcendum: ne (vt assolet) & docuit Plinius: reddituras per iugulum voces non satis prudenter effundamus. Multi enī in res odiosas saepe incidunt nimirū incaute: vt plane temporibus suis Staterio accidisse. M. Tulli⁹ scribit. Qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus interposito pariete: quibus patefactis: in Iudiciūq; pro lati⁹: rei capitalis iure damnatus est. Huic simile quiddā refert Celius de Lacedæmonio Pausania. Vnde patet adagij ratio.

Osculana pugna. CXXI.

**T**NEOS qui prius vicit: resumptis demum virib⁹ vincunt: & victores euadunt. Vnde Chalinus ille Plautinus in Casina. Nostra (inquit) omnibus lis est: pulcre praeuortat viros: nostro omniē it dies: vici vici. Quo in loco adnotatū ab eruditis est: astipulāte succinētēq; Pomp. festo: Osculananam dicit pugnam: qua vici vincunt. Natum id a Lenino videtur: qui a Pirrho vicitus: mox eundē deuicit: Titiuinus. Hæc quidem quasi Osculana pugna est: qui in fugam pulsi hinc spolia hostium colligunt.

Linstolię non faciunt Isiacos. CXXII.

## ADAGIALES FLOSCVLI.

**P**Ertritum exculcatumq; vulgo : etiam pullato círculo prouerbium est: habitu monachū non perfici. Nec enim philosophū facit pmissior barba: nec vestis pertrita. Vt nāq; Herodes apud Gel lium in noctibus Atticis: Video (inquit) barbam & pallium: Philosophum necdum video. Non itē Iſiacos Línostolię faciūt: hoc est amictus línei Iſidis sacerdotibus imprímis peculiares. Et quod in Canonícis decretis relatum scimus. dist. xlj. Non cathedra Sacerdotem facit: sed cathédra sacerdos: nec locus hominem sanctificat: sed locum homo. Non est igitur vestibus adhibenda fides. Dolosq; nāq; vestes sunt: & dolosi colores. Sunt quoq; mul ti (vtalias notatum est) forinsecus Catones: ac in- trinsecus Nerones. Constat enim hominem plazrumq; cultu quidem frugī vti: intus tamen luxu diffluere: ac delitijs. Propterea vesti nullavnq; fi des. *Canterino rítu somniare.* CXXIII.

**E**X Plautinis thesauris depromptum adagiū Certe (inquit ille) Hæc mulier Canterino rítu astans somniat. In mulierem concinnatum est: quæ etiam si astare: vigilare: recte q; sensibus vti vi debatur: tamē quia nenias quasdam Sículis gerris vaniores effutiebat: vt Menechmon videbat: somniare: ac dormitare eam dicit equino rítu. Notissimum enim est dormire equos stantes: ac somniare eos. Est autē Canterius Caballus equus: vt ait Columella: licet Apuleianus enarrator non a Cante rio Canterinum deflexerit: sed a Cantharo: qđ est vas vinariū: Cātharinū (accusante Celio) deduxit.

**Cantharus Pilulam.** CXXIII.

**C**antharum dicia Romanis Scarabeum: tradunt monumenta. Sed ne studiosos frustra remorer: propensosq; teneat: ex Animalis generatione: factam dicit Celius Nomelaturam. Canthona Græci A sinum vocant. Oron autem semet: & quidē Scarabeū prie. Sic vero progigni animal produnt. Vbi Cātharus Alini retrimenta (quæ Onidas nuncupant) & orbiculari fere visuntur figura: offenderit: insistit ac pedibus prouoluēs interim genitalem vrinam effundit: vnde enascitur vermiculus: qui mox sit Cantharus. Cāthari porro: hoc est Pilularij Scarabeī: in fimo: quem voluunt: conduntur per hiemem: paruosq; vermiculos pariunt ex quibus ipsi procreantur. A Pilularum autem volutatione illa: quā Cantharis familiarē volunt: in oleuit Adagiū in eos: qui castigati sepius nihil p̄ficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerūt: pertinacius foueāt: Quod enim est Animali ingentium: nulla prorsus arte viceris. Huiusmodi est meus Cercus ille Cercophilus: qui frequenti plagarum strepitu in demonem euasit.

**Camelus Bactriana.** CXXV.

**C**amelum Bactrianam: siue hominem bicolorem venisse in prouerbium i Aegyptia Historia animaduertimus: aduersus eos quidē qui ea permunt: quę admirationi putant futura: re autem ipsa vel meticulosa sunt/vel plane ridicula. Adagiū rationem habet huiusmodi. Ptolomeus Lagi duo quędam inusitata in Aegyptum induxit: Camelū

E

## 'ADAGIALES FLOSCVLI.'

Bastrianam insigniter nigrā: Bicolorē itē hominē: ita vt medietas quidem ex equilibrio summe foret nigra: reliqua portio albedinē p̄ferret eximiā. Conueniētibus igitur in Theatrū Aegyptijs alia vtiq; non pauca spectaculo digna exhibuit. Demū stupore nouitate rei: ac iusitata specie inecturus: Camelum produxit & Semialbum hominem. Ceterū Aegyptijs Cameli aspectu territi paulominus profluentes mandarunt fugę præsidium: etiam si auro esset ornata egregie: ac purpura istrata: freno quoq; lapillis inter lucentibus conspicuo: e thesauris Darii Regis vel Cambise aut ipsius Cyri. Ad hominis autem illius ita coloribus distincti: & (vt sic dixerim) variegati intuitum partime effusius riserūt: partim vero monstrificū quiddā auersati sunt. Hinc Lucianus Sumveritus (inquit) ne libelli mei perinde fiant: ac Camelus apud Aegyptios. Camelum usurpant quidam litéris nil mutatis: generet tantum diuerso: pro Anchorio fune: vt illud Euangelicum. Camelum facilius est per foramen acus intrare: q̄ diuitem in regna celorum. Quare caueant sibi Crassi Cyri Myde & Pigmaliones.

Delphini vis in terra. Hauton CXXVI.

On Græce facūdię auctor (inquit Celius) haud aspernendus: huiusmodi posuit adagium. Id in eos depromptum videtur: qui quod nesciunt: iudicant: & in quo minus valent: toto conatu petunt: nec se intra pelliculam continent: supra crepidam aliquid ambitiosius affectantes. Delphinus vero (vt album attingamus) terre contactum non pa-

titur: quin euectum in harenam emoritur conser-  
stum. Verum de eo in nostris laboribus pluscula q̄  
se ingerant appingemus.

## Cricus Demosthenis. CXXVII.

**D**Emosthenem apud Græcos Oratorū Ante-  
signanū incōparabilē: scribit Eratosthenes:  
in Crico pertuso (quod esse brachij gestamē quidā  
interpretanē) præsidio vltimorū casum cōsuesse ve-  
nenū gestare inclusum: qđ etiā hauserit intrepide:  
ne quid indignū tanta virtute a Macedonibus pa-  
teret. Hinc natum vt quod speciē quidē extrisecus  
habet: & oculos aspectu iucundo allestat: intus ve-  
ro perniciē seruat euīdētissimam: Cricū vocemus  
Demosthenis. Quid vero sit Cricus: discutiendū  
est. Est igitur Cricus: ait Lisiās. Rhoptrū in ianua  
Crīcum vero Theodorus anulū interpretat lib. ij.  
Hist. apud Arist. & Theophrast⁹ li. iiiij. de Stirpi-  
bus pānulo v̄surpauit. Et ex Suīda liqt. p cathena  
rū anulis accipi. Vulturis similis. CXXVIII

**T**N inuidū & inimicū scitissimum cauillum. Vn-  
de memorandū imprimis est: quod a Plutar-  
cho viro doctissimo: inq̄ disciplīs auctoritate gra-  
ui relatū animaduertimus ī Cōmentariolo: quib⁹  
q̄s rationib⁹ iuuari ab inimico possit: primū (inq̄  
ille) omniū mihi vide: qđ est ex inimicis maxime  
noxium: Id si modo attendas: effici vtilissimum  
posse. Inimicus siquidem peruigili cura: rebus in-  
sidiatur tuis: vitamq̄ ambit hīc inde: ansam queri-  
tās: nec inspectat p̄ quercū modo (sicuti olim Lin-  
ceus) nec p̄ lapidea vel testacea: sed per amicos: per

E ij

## AD AGIALES FLOSCVLI.

seruos: p familiares vniuersos. Adeo efficax est ex-  
peditus q̄e orū: quæ vel facias: vel consultes: explo-  
rator inspectoṛq;. Præcipue vero si quid delin-  
quas: inhæret affixus: scrutaturq;: & profecto  
Vulturū videſ exprimere mores. H̄i quippe tabi-  
da tātum consecan̄t cadauera: Nā pura beneq; se  
habentia non sentiunt quidem. Consimiliter ini-  
micum vītē modo labes mouet: egra illum excitāt:  
ac quæ computruerint.

Vulturij Togati. CXXIX

**A**Puleius Gausidicos: & Oratores forēses pro  
Abrosis incessens verbis: q̄ eis (vt ex Columel-  
la accepimus) concessum sit in medio foro latrocí-  
niū: togatos nominauit Vulturios: vt quibus præ  
uaricari: reos prodere: vēdere aduocationes: & san-  
guinaria rapacitate homines excarnificare frequē-  
tissimi sit moris. Sicuti Marcus Tullius pro Sex-  
tio. Vulturios paludatos appellat Gabiniū & Pi-  
sonem Imp. qui precio nundinarentur omnia. Ta-  
lium meminit Hieronymus inquiēs. Iuridici linc-  
cibus & leonibus crudeliores: & si deuorent ore ra-  
bido: tamdiu tamē depredandī memorīā non per-  
dunt q̄ diu venter est vacuus: de quibus etiam Sene-  
ca Iuridici velut canes acerrimi non nisi oblato ci-  
bo mansuescunt.

Talus Vulturius. CXXX

**E**X salibus suis eadem ratiōe Plautus inseruit  
Vulturios pro Talis in Curculiōe. Vt enim  
Vultures carnivoris sunt: & rapto viuunt: comparī  
modo & Talivoratores ita sunt: vt dispoliēt ex to-

to Aleatorē: atq; (vt Plautino utr vocabulo) de-  
runcinent.

Supra Mazam. CXXXI.

**M** eos qui diffluūt delitijs: delicatiūs q; viuunt.  
Mazam namq; Aristophanis interpres expo-  
nunt rigidum panem: quo nomine quidam eū vo-  
lunt intelligi: qui vulgo Nauticosuī maximo est:  
& biscoctum nuncupat plebecula. Fuisse tamē prē  
stantioris edulij specie ex Adagio liquet: Mazam  
putant ex farina oleo & aqua confici solitam. Su-  
das etiā ex lacte. Vnde mox paulo nata & Mattia  
est. Dicitq; eo nomine preciosa omnia edulia. Ma-  
zam etiam Plut. pro re leuissima cōepisse videſ in  
Moralibus. Non est (inquit) in Maza & lente iu-  
cunditas.

Amazones CXXXII

**D** ex Maza declinatum (& sive vulgo pro Viragini  
bus accipiatur id vocabulū) de pauperioribus:  
tenuiori promiscuoq; vtentibus victu: apud Grae-  
corum scientissimos (vta Celio accepimus) reperias  
veluti qui Mazam non habeant.

Quinquennium Neronis. CXXXIII.

**C**laudium Neronē (quem Plinius alterā facē  
generis humani vocat) quēq; pedibus genitū  
parens eius prodidit Agrippina: Tranqllus scri-  
bit a pietate imperij exordia fecisse. Quoniā Clau-  
dium apparatissimo funere elatum: laudauit / cōse-  
crauitq;. Memorię Domitij patris honores maxi-  
mos: matri summam omnium rerum publicarum/  
priuatarumq; permisit. Primo etiā imperij die ex-

E iiij

# ADAGIALES FLOSCVLI.

ebantib[us] Tribunos f[ac]tum dedit. Optimam matrē.  
Ex Augusti præscripto imperaturum se professus  
est: neq[ue] liberalitatis: neq[ue] clemētię: nec comitatis  
exhibendę ullam occasionem omisit. Senatorū no-  
bilissimo cuiq[ue]: sed a re familiari destituto: annua  
salaria: & quibusdam quingenā cōstituit. Et quum  
de supplicio cuiusdam capite damnati: vt ex more  
se subscriberet: admoneretur: q[uod] vellem (inquit) ne-  
scire literas. Agenti Senatū gratias respondit:  
quum meruero. Talem se initio p[ri]cipatus tribuit  
Nero: exiturus mox in prærabidā feritatem: ac se-  
uītiā incomparabilem. Inde Traianum imperato-  
rem eminentissimum scribit Sex. Aurelius solitū  
dicere: procul distare cunctos p[ri]ncipes Neronis  
quinquennio. Hinc prouerbij vice usurpare possu-  
mus quum eos coarguere volumus: qui se a p[ri]nci-  
pio mites quidem & præter modū tractabiles præ-  
stant: pauloq[ue] mox erupturi videntur in truculen-  
tiam Barbaram: quod Neroni euenisse constat.

Duodecima hora ædificare CXXXIII.  
**M**Crassus Parthicus inhians opibus: exercitu  
instructissimo aduersus eos mouēs: quū per  
Galatiam duceret: Deiotarum Regem extrema ī  
senectute confectum: nouam tamen ædificare vr-  
bem comperit. Quod quum mirari satis nequirit:  
scommate in illum ita lusit. Quid hoc (inquit) rei  
est: Duodecima iam tibi tantum nō instat hora: &  
nouam nihilominus urbem ædificare pergis! Ad  
ea renidens Deiotarus. Nec tu (inquit) imperator  
satis matutinus (vt res habet) in Parthos moues.

Annū siquidem sexagesimum tunc agebat Cras-  
sus: grandiorē tamē p̄ se ætatem ferebat. Ex  
hac Historia scitior concinnari Adagio potest: vt  
quisquis Acherontius: & in peculio Proserpinæ  
iamiam connumerandus quid magnificū atq; p̄  
cellens struit: Duodecima illū hora ædificare cō-  
molirive facetoso sale dictitemus: vt qui iam ad vi-  
tæ peruererit vmbilicum: admotis omniō lineis  
de futuro tamē: quod fallacissimum est: multa si-  
bi perget polliceri: Etiamsi diuerticulo ut eodem  
potest: quo agricolas veteres vsos olim commemō-  
nimus: Qui interrogati quibus sererent: non du-  
bitarint respondere: Dijs immortalibus. Verum  
vt quod sub cortice latet illatebratum resignemus:  
quod ad Horas attinet. Duodecima intelligitur  
diei vltima: sicut Naturalis Historiæ. ij. Vndeci-  
ma est quæ nunc diceretur Tertia & vicesima. Sic  
enīm scribit Plinius Augusti verba ita referens  
de sidere Crinito. Id oriebatur (inquit) circa vñ-  
decimam Horam diei. Et apud Cosmographos  
Sextam horam pro meridie positam frequenter in-  
uenies.

Leo risit.

CXXXV.

**E**st in nostra facundia celebre Adagium: ex  
Græcorum penu corriuatū: in omnes: qui ru-  
gatoris frontis & Catoniana seueritate: quādoq;  
tamē matutinam exporrīgūt frontē: ac comes se  
prēstāt solito hilarius agētes. Pronunciatum id in  
conditorē nobilissimū Thucydidē: qui Cylonīū  
scelus explicaturus / cōsueto apertius: & intellectu

E iij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

nemini non obuiō narrationem contexuit.

Lecythum in malis habere. **CXXXVI.**

**P**hrynen nobile scortū (vt a Celio accepimus) Græci dixerunt Lecythum in malis habere. Qd exponēs Sudas ad facieī retulit tumorem: q̄ sit Le cythus capacissimum vas. Celius tamen ad formę elegantiam referendum cōtendit. Ut illā (inquit) intelligamus naturalis specie præsignem: accersitā commēdationem & peregrinas haud magnopere nugas conquisiuisse: quādo Lecythum (quem Cyprianus Capsacem: & Iuuenalis Guttum vocat) Pliniū Cēciliū testimōio: & M. Tulliū in Epistolis ad Atticū pro orationis splēdore: ac excussa in scri bēdo cura nouimus accipi. Erat enim oleo dīcatū vas Lecythus: sed & vnguētis quoq; Phrynes porro meminit Propertius.  
Nec quædeletas potuit componere Thebas  
Phryne: tam multis facta beata viris.

Meminit in præceptis sanitatis etiam Plutarchus qui eam dicere solitam prodit: ubi iam cōfenuisset ac flaccida toto foret corpore: pluris fecem vendere ex opiniōe: quā de ipsa concepissent homines. Scribit Appollodorus Phrynes fuisse duas. Alteram quarū Clausigelota cognominarint. Alterā vero Sarpediō. Celebratam Rhetoribus Phryne Sestum vocitamat: ex Herodico tradit Celius: q̄ attaminaret/despoliaretq; adeuntes. Quū auarior quispiam subblandiens diceret: Aphrodisiū Praxitelis es. At tu (inquit Phryne) amor Phidię.

Candidatus Cæsaris. **CXXXVII.**

**C**andidatum Cesaris recte dici per Adagios  
formam scribit Celius: de quo cūq; sōpote ad-  
modū: & per summam fiduciam: ac securitatē ani-  
mī negociū aliquid subeunte. Qz quem candida-  
tum Cesares confouēdum suscepissent: is prorsus  
tanto præfultus tibicine opilatusq;: supīne: ac om-  
nino negligenter prehensaret homines: rē sibi fa-  
ctā animo coniōciens. Porro dicebant Candidati:  
q; magistratū petituri in toga candida id agerent.  
Nam & in Senatu orationem Ciceronem dixisse  
in toga Candida: in Consulatus videlicet peti-  
tione legimus: Cæterum & qui rem quāpiam to-  
to affectat pede ac omnibus (vt aiunt) cuneis: eius  
item rei illum eleganter candidatum dicimus. Vn  
de Candidatus glorię: ac immortalitatis; in Pliniū  
Panegyrico. Et Tranquillus in Galba. Libertum  
Icelū fuisse summū equestris gradus Candidatum

Diphilus Diphilo tardior. **CXXXVIII**

**T**N segnes & vltra modū pīgros: in obeundis: q;  
semel fuerint iniuncta: prouerbium est elegatissi-  
sum. Vtitur eo. M. Tullius: ad. Q. fratrem lib.  
iij. Apud herum (inquit) recte erat in Maniliano  
offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Vide Ar-  
chitectus fuisse Diphilus tardissimus: in perducē-  
dis ad finem susceptis operibus. Ad hunc Diphil-  
um videri posset allusisse Iuuenalis his versibus.  
Non est Romano cuiq; locus hic: vbi regnet  
Protagenes aliq;: vel Diphilus: aut Erimāthus.  
Nimalemus Satyrum ad Poetā Diphilum respe-  
xisse. A quo Aristophanes Interpres in Nebu-

# ADAGIALES FLOSCVL.

**I**lis in Bedam Philosophum: integrum fuisse con-  
cinnatum poema scribit: aut etiam ad Tragedū ve-  
tius Diphilum: quem in Pompeium petulāter edi-  
disse compertum ex monumentis est.

Aegyptium templum. **CXXXIX.**

**A**Dagium est minus frequēs in antiquis literis  
Templū Aegyptium: De eo qui forū secus:  
& in ijs qui sub aspectum cadunt: perpolitus est: &  
mirum in modum venustus: ac elegātię omnis per-  
studiosus: Introrsum vero intercutib⁹ madeat vi-  
tijs: & sit plane monstrificum quiddam: & inauspi-  
catum: quales ferme recte dixeris fœminas nostras  
corpore quidem prænítidas: & (vt sic dicam) illices  
omniq; decorevisendas: anima vero foedissimas: &  
pmiscui flagitijs agminatim obseffas: ac velut lo-  
rīcula circumuallatas: ceu Strumam Dibapho cō-  
tegant. Proverbij autem ratio hæc est. Quoniam  
Aegyptijs templa substruere erat moris: marmo-  
re antiquis artificū manibus elaborato: surgentia  
auro splēdentia: picturis mollioribus egregie per-  
ornata: summa colorum varietate distincto: omni-  
demū cultu nítido: Sed quod præcipuum fuerat:  
si deum requisiſſes: cuius exquisito honori tantus  
impensus fuisset labor: bone deus: q̄ r̄idicularium  
inueniſſes: q̄ prosuma rationis dictamine: ac præ-  
scripto diffitum & sequestratum. Simia erat ea:  
aut Ibis: aut Hircus: aut aliquid id genus. Sic &  
in Platonis Symposium: Alcibiades Silenis Socra-  
tem putat persimilem: q̄ introrsum longe foret  
alius: q̄ præferrent extima. Siquidem fuere ima-

gunculæ quædam Sileni ita prorsum concinnatæ: ut discidi possent: sed occluse ridicula nescio quæ ostentabant: apertæ ac explicatae angustius numeris præferebant idolum.

Extra Leucoparyphus: at intus Holoporphyrus. CXL.

**P**rouerbium perelegans usurpari a Græcis ex Celio accepimus in eum: qui vestibus quidem frigi vtatur: nec cyllo maioris impediſ ſuco inebriatis: Intus tamē: hoc est animo: luxu diſfluat: ad dilectias vſq; vel Alexandrinas: vt totus ſit inter molliculos Cinedulos: quando additamenta ſunt hec & velut Corrolaria efferuſcetis luxurię. Sumptū id atq; propagatum ex historia. Quū Antipatrū quidam laudib; efferrent q; eſſet apprime frigi: ac viſtu præparcus & admodum auſterus (inquit Alexander) Antipatri quidā extima Leucoparyphav; ſuntur: at intima Holoporphyras ſunt. Dici autem ex Celio Leucoparyphus potest: albis induitus vestibus. Si quidem eſt Paryphe vestium contextus. Paryphes apud Pollucem & Paralurges idumentum appellatur: at textam vtrīm q; habens purpuram. Id vero ab Ionibus dicitur Pachiales. Sed & in tunicis virgē purpureę vocantur Paryphi: unde & in Latinis literis: virgate vefteſ.

Millus Canum. CXLI.

**V**enaticis canib; collare munimēti cauſa addiſolitū: quo retūdi luporū impetus poſſet: ex grāmaticoꝝ Glossematis cōſtat: & Pōpeij p̄cipue Festi: inter Glossularios nō poſtremi nois. Cui id

## ADAGIALES FLOSCVLI.

etiam vocari Millum scribit. Sed. M. Varro rerū  
rust. lib: iij. dicere Melium maluit. Millus is ex co-  
rio concinnabatur: ferreis confixus clavis. Vnde  
factum: ut quicquid præsidio nobis est: proverbio  
quodam id esse munimento pronunciemus: perin-  
deat sit Millus canis: Poetæ Armillatos videntur  
appellasse canes ex hac ratione: quoniam Millus  
sit ijs Armillarum vice.

More Scopeliano vigilare. CXLII.

**S**copelianum Sophisten: vel præstantissimum  
(scribit Philostratus) a liuidis quibusdā: & den-  
tis rubiginosi: ac male feriatis hominibus ex eo or-  
dine fuisse summotum: q̄ intemperans foret q̄ Di-  
thyrambicum tumorem oratione proflare. Id pa-  
rum recte ingenio facundissimo inustum nititur  
comprobare: inter reliqua Scopelianī præsignia  
nocturnum illius studiū summis effert laudibus.  
Eum siquidem inter mortales somni parcissimum  
dicit: solitumq̄ subinde illud proferre: O nox tu  
quidem sapientie diuinę obtines plurimum. Nar-  
ratur saepe a vespera in diluculum: lucubrationē  
protulisse. Quo nomine scitissimum inde promi-  
Adagiū potest: vt huīus more dicamus eos librī  
inuigilare: qui summe lucernarum fuligines hau-  
riunt: & inexplicabiliter: ac minus iusto valetudinē  
cum somno computant. Huīus rem exempla fa-  
cientia in Bibliothecis ampliter magis sumus al-  
laturi.

Manu Solœcissimum facere. CXLIII.

Polemonē fuisse apud Gr̄ecos Sophistē: haud  
 ingratiū: minimeq; infantē: sat notū ex gentis  
 eius monumentis putat Celsus. Celebrant Smyr-  
 ne Olimpiaci ludi: pr̄esidebat Polemo: Tragedia  
 forte act̄ tabatur. Inībi insulsus actor: quū O Iup-  
 piter exclamasset: manum in terram protendere  
 perexit. Rursum quū diceret ὥ�α in celum suspe-  
 ctabat manum eodem intentans. Demiratum ve-  
 ro hominis imperitiam Polemonē ferūt: ex Thea-  
 tro se proripuisse insurrantem: Manu hīc So-  
 loecismum fecit. Hoc quoq; apposui post Celium  
 gratius: quoniam Oratoriarum Institutionum li-  
 bro primo. Quintilianus in gestu quoq; nonnul-  
 los putasse scribit Solōecismi vitium inesse: quum  
 aliud voce: aliud nutu: vel manu demonstratur.

Nobilitatem in Astragalis gestare. CXLIII.

**T**ex Adagio videtur recte dici de eo: qui gene-  
 ris pr̄estātia tumens: nulla ipse propria nititur  
 virtute: quum pr̄estet tamen ingenium excoluisse  
 in quo vera sunt stemmata: & genuina hominis  
 excellentia. Huius ex Historica lectione ratio est.  
 Erat Herodi Sophistē Reginllavxor nomine. Ea  
 ob peccatum haud ita momēti magni: iussit a liber-  
 to Alcimedonte cedi. Forte tunc gestabat vtero:  
 agebaturq; a conceptu mensis iam octauus. Igītur  
 hominis imprudentia ingestis in ventrem plagis:  
 non ferēs mulier iniurię vim: immaturo partu na-  
 turae concessit. Eo nomine postulatur cedis Hero-  
 des apud Rom. Senatum ab vxoris fratre. Nomē  
 viro Bradeas fuit. Is maiorum claritate lōge prin-

## ADAGIALES FLOSCVLI.

ceps esse: nec minor nobilitatis ostentator. Argumentum generis erat in calceis. Episphyron Menoides eburneum. Id significat fibula corniculata. Prodiens igitur apparatu magno ad peragendum reum: de causa quidē pauca fere: aut nihil: in laudibus etiam proprijs nimius: immo fere totus: quū multa iam de familia perillustri emugisset hō imperitus: scommate illū excepit Herodes: Tu (in quiens) in Astragalis nobilitatē gestitas. Est autē Latine Astragalus Talus. Vnde Plinius de Poleyto: Fecit & talis nudos ludētes: qui vocāt Astra golizontes. Hermogenes īter pueros. CXLV.

**I**n geniorum illud precox genus nō temere vñq̄ peruenire ad frugem dictū est) vta Celio accepimus) a grauissimis auctorib⁹. Id si alias vñq̄ in Hermogene deprehēsum maxime est: Cui vix dum puerescētivim ingenij miram: & doctrinā minus perulgatam: neq̄ ex triuio (quod aiunt) natura īdagiā adnexa curiosiori ingessit: adeo vt nat⁹ annos duodeuigiti artem cōcinnarit Rhetoricē. Nec in dignū putauit philosophus Musonius: declamatē præsentia sua honestare. Immo vero nec M. Imperator. Cæterū ipse hic ingeniosus adeo: & ultra ætatē disciplinis imbutus expolitusq̄: agens quartum & vicesimum annū mente lapsus est: nulla euidenti causa. Quare Antiochus Sophistes in eū est cauillatus: Hermogenes īter pueros senex: īter senes puer. Quod & in proverbiū duciē de ijs: quo ruminētia cōcītata primo: & vegeta deflaccescūt mox: ac veluti bulla euaneſcunt.

**Argiuo clypeo dignus.** **CLXVI**

**T**llud dicit ex Parcemia (vt Celi⁹ ex Zenobio refert) de eo: q̄ eximia ob generositatē veneratione sit dign⁹. Idq; ex Argiuorū veteri more propagatū: quo honestioribus pueris cōtribueretur honor is: Vt scutum gestantes pompam ducerent. Ceterū q̄ fuerint eius rei initia non fere traditū. Inseram tamen qđ Celius in suis questionibus inspersit. Huius verba ita subieci. Legimus vero (inquit) fuisse Argiuorū Regem Enhippum fœlicitatis mirę: cuius clypeum: qui apud Gr̄eos insigniter rem gessisset accipiebat: vt per urbem incedens honestaret. Unde obrepit in ignauos Adagium.

**Equo Sophocleo similis.** **CXLVII.**

**P**rouerbialis Senarius est in eos: qui ætate fesi & imbecillo corpore: animi tamenvigore habent. Vnde ad hoc Philostratus in Damiano. Et virū (ait) vidi p̄similē Equo Sophocleo. De Sophocle autem: qui iā senio cōfectus in infanię a multis accusabatur (vt Plutarchus scribit: in libro qui est An Seni administranda resp.) copioseq; M. Tul. Sophocles (inquit) ad summam senectutem Tragedias fecit. Cuius Apologia est. Si Sophocles sum: non desipio. Si desipio: Sophocles non sum. Qđ vero de Equo dictum est Sophocleo: arbitratur Celius in eo allusum ad Tragici Cothurni maiestatem: qui sit veluti equestris: comicę humilitatis ratione: vel quia Poetæ furoris diuini afflatu: vicem equi implent.

**Super omnem Irin.** **CXLVIII.**

## ADAGIALES FLOSCVL.

**E**X Philostrato illū se nobis īgessit: Pasiphaes vestem in Neapolitana illa porticu diuinum quiddam enituisse super omnē Irin. Id quod Adagij formam habet de veste splendida: coloribus variantibus: ac omnino cōtexta preciosius. Siquidē Iridis colores esse inter naturę miranda/neminem præterit.

Aristogiton claudicat. **CXLIX.**

**T**ex historia ī eos Paroemiæ faciem habet: qui morbum assūlant: ne militiāvel id genus pruincię: seu oneris publici quidpiam cogantur subire: quod improbum est: & a ciuili: honesteç̄ educa to viro alienissimum. Auctores sunt fuisse Athenis Aristogitonem quendam Sicophantā: frugis non satis probę: eius conciones nihil non Martiū sp̄irabant: & de bellicis rebus bellicum quodāmodo caneabant: adeo vt sic populum in discriminā saepe maxima coniūceret: quum alioqui mollis ī pē fōret & nullī rei. Proinde quum die quadam delectū haberī audisset: simulata valetudine: crus obligat: ac baculo innixus velut grauiter vulnerat: se in publicum promit. Eumvero: vb̄ie longinquo sic conspicatus est Phociō: hominis vafritie perspecta & (quod aiunt) ex vultu Aethiopem agnoscens: voci ferans (inquit) Scribe Aristogitonem claudum & eundem improbum & mendacem.

Ventrem non habes. **CL.**

**V**entrem non habere tralatione scita quidem & concinna per Adagium dīci de Imperator revidetur: veletiā quo quis alio male numato. Quo

# P.CORBELINI.

niam vetus est pecunias esse bellorū neruos: & militum alimenta: quin & aliorum item omnium. Nā ex Hesiodo. Vīcē manimē miseris mortalibus pecuniae præstant. Ex historię autem penu promittur Adagium. Namq; Philopœmeni illudēs Acheorum Prætori Quītius: qui equitibus multis: & armaturae grauioris pedite abundaret: a pecunijsq; vero prorsum male haberet dictitabat: Philopœmeni esse quidem manus: & crura: ventrem autem non esse. Et qui primus pecunias rerum agendarū neruos esse dixit præcipue ad res bellicas respiciēs ea dixisse videtur. Nam & Demades iubentibus Atheniensibus deductas Triremes nautis militibusq; complere: quum pecunias nullas haberent: omnino pecunijs primum (iquit) Demades opus est. Fertur etiam veterem illum Archidamum Peloponnesiaci belli principio conferēda tributa inter socios partiri iussum: ac constituere idem dixisse. Sed ne iudicatum omnino Philopœmenem trāsiliamus. Fuit vir is corporis proceritate & robore nullo: Peloponnesium inferior: facie tamē maius: parumq; tāto digna Imperatore. Hic enim est quem Romanus quidam quum laudibus efficeret: Græcorum vltimum appellauit: veluti Græcia iam effeta: nullum deinceps virum se dignū ab illo protulerit.

Aethneus venator.

CLI.

**A**Ethneum venatore docto minusq; protrito Adagio surpari posse ex Celio accepimus: p eo: cuius sit cassa inutilisq; venatio. Quiq; sicut in-

F

## ADAGIALES FLOSCVL.

anis progreditur: ita etiānum regredit. Sed unde  
hoc? An quia illis regiōibus siluę fuerint negatæ?  
ancq; ferę ibi visant nūq;. Immo vero ibi esse vtrū  
q;: & affatim quoq; fatendū est. Dicitat id & loci na-  
tura & fœlicissimū cœlum: Nec superciliorū mon-  
tiumq; idiga regiō. At qui subesse causam oportet.  
Subest profecto: sed non alia q; qua coniectamus:  
Vernū tempus idagini esse ineptius. Nam(vti pro-  
dit Empedocles) ferarū lustra naribus captates ca-  
nes: aeris defluxus excipiūt: quos in silua oberran-  
tes reliquise feras contingit. Ceterum eos interex-  
tingunt paulominus: ac odore miscello confusane-  
os reddunt stirpiū plærecq; latius odore profuso.  
Necnō coronamentorū ibi haud exiguavis: Odo-  
rinsecos fallit: odore ferarum indidē dilutiore: ac  
tantum non euanido. Floridæ vero regionis natu-  
ræ testimonium suggerit & Poetica fabula: quæ le-  
gendis inibi floribus intētam Proserpinam raptu-  
ro Plutoni: velut ansam occasione captata præbuīs-  
se cecinit. Cuius argumento suffragatur his versi-  
bus Ausonius.

Qualis floricomā quōdam populator in Aethna  
Virgíneas inter choreas Theoida raptam  
Sustulit aduersus stigijs fornacibus Orchus.  
Addēq; campos eos esse ppetuo floridos Scribit  
Solinus & Cicero. Et quod ad hāc rē magnopere  
facit admirabilibus tradit Aristoteles: tantā suc-  
crescere inibi florū copiā: vt inde canū sagacitas  
insigniter obledatur: nec illinc camoueri: nisi adhi-  
bitavī queant: Aethnā autem esse Siculę regionis

## P.CORBELINI.

montem: nec ipsi laici ignorant: ab Aethna (vt Al-  
cinus prodidit) Celi & terræ: tale sibi nomen ado-  
ptas. Lepore Mœnibus dormire. CLII.

**L**ysandru pdidit historia quū a Lacedemonio  
rū ductu Corinthios defecisse: fama enūciat-  
set: profectū copijs instructū ad ciuitatē oppugnā-  
dam: vb̄ suos timore pculsos animaduertit: igna-  
uius segniusq̄ irruere: ac inferre signa: Lepore for-  
te transilientē fossam vidisse. Quo argumēto fidu-  
cie īā plenū milites sic hortari cœpisse. Non erube  
scitis Spartiatē huiusmodi hostes formidare: ad  
quorū mœnia lepores ex ociosa inertiq̄ vita dormi-  
unt. Id qđ Parcemię ad instar proferit in segnes im-  
bellesq̄ vt ad coarguendū torporem: desidiāq̄ etiā  
num indormire Mœnibus illorū lepores dictites-  
mus. Qđ quum sit formidolosissimū omnū ani-  
mal: non facile in obuijs ac celebribus locis quieue-  
rit. Rectis an procluatis hastis. CLIII.

**S**Vppleas venio vel aliud huiusmodi. Et quidē id  
puerbij figurā habet: qđ est Amicūm ne vultis  
an hostem. Ductū id ex historia: Lysander siquidē  
quū Boetiorū agros peruersurus foret: quēsiuit ab  
illis: Surrectis ne an infestis hastis per ipsoq̄ agros  
iter faceret. Aliud item est: quod suis iseruit Eras-  
mus Hastam simul & Caduceū mittere. Quod est  
bellum vel pacem minari.

Jam ver adest: & vndenam pauo CLIIII.

**L**uididentis & virulēti Scōma est apud Lucia  
nū: quod nostris ferme verbis sonat. Jam ver  
adest et cæ. In eos qui vestitu modum excedunt:

F ij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

vt lecto nimis amœnoq; cultu: & magnifico impēdio: & quales luxu perdita fluxaç; excogitarint ingenia: sublustrī gratoç; vibrantes splendore: & qđ grauius est: diuersos quoç; & coloribus affectent multifarios.

Simia Tragica.

CLV.

**S**Vperiori affine est. Simias namq; Tragicas per conuitum celebratas: non longius inde reuelli nouimus. Omnis siquidē cura plērisq; de vestib; si bene oleant: si pes laxa pelle non folleat: non digiti anulis radient: capilli calamistro rotentur. Historica lectio insigne ad hoc nobis documentum suggerit. Legimus namq; Lacedæmoniorum Regem Lysandrum: quum Sicile Tyrannus Diony sius magni impendij vestimenta ad eius filias trāsmittenda curasset: dantis magnificentiā esse aspernatū addito Elogio. Ne(inquit) ob ista minus aliquid modo venustē videantur. Vnde est grauissima ad hoc ipsum pertinens sententia. Fabij libro. viij. Cultus cōcessus atq; magnificus addit hominib;. At muliebris & luxuriosus nō corpusexornat: sed mentē denudat. Solet enim ex vestib; & ornamē tum & nomē plærūq; comparari. Simia vero Tragica: conuitio dicebat. puerbiali (inqt Erasmus) qui fungeretur honoribus: opibusq; polleret: alioquin indign⁹. Simiā appellat homuncionē: vix hominē: sed simulacrum hominis magis. Tragicā adūt propter fortunę strepitū: & personam additā. Demosthenes in oratiōe Ctesiphōte Aeschinem Tragicā Simiā appellat: q; quū esset nequissimus:

P.CORBELINI.

Splēdīdīs verbis probū ageret ciuē. Diuus Hiero.  
in ep̄lis ostēdit id Scōma ī nos iaci solere: sed ab im-  
pijs & gētib⁹: perinde quasi vultu habitu q̄ san-  
ctimonīā prēnōfferamus: quū simus tamē īprobi

Non ex Vomentib⁹ sumus CLVI.

**S**Cītū nō iniucundū est. Vomentes dici luxu dif-  
fluētes: qui repletioē nimia vōmere s̄epius cogā-  
tur. Lepidissimā est ad hoc ipsum Pompeij Sente-  
tia. Nam dissidēte illo apertius iā cū Cæfare: Mar-  
cellinus ex ijsvnus: qui essent ad honestiore locum  
a Pōpeio p̄ducti: eū in senatu proscindere grauius  
cœpit: vt qui Cæsarīs partes: mutato consilio foue-  
ret. Quo nomine cōmotior Pōpeius. Nonne eru-  
bescis (inquit) o Marcelline dū honeste minus de  
rebus meis loqueris? An excidit opera mea ex mu-  
to tevocalem factum: & ex famelico quoq̄ V omito  
rē? Extat & Aristidis ad. M. Imperatore dictum:  
Nō (inquit) ex Vomentib⁹ sumus: sed ex eorū nu-  
mero: qui accurate dicūt. Vomentes dicit nō hosce  
modo: de quibus facta nobis mentio est: verum &  
qui extemporalī vterentur oratione.

Vestimenta initiatorum. CLVII.

**A**Dagium est de ijs: que attrita prorsus sunt: ac  
nimia diffluūt vetustate: nullaq̄ tēporū vicis-  
titudine varian̄t: Sed eadē sunt forēlia: eadē & Tri-  
clinaria: vicē quoq̄ Straguli p̄stant eadē: bonūq̄ si-  
nō & lecti. Adagijs rationē ex mutis (quod aiunt)  
magistris: hanc refert Celius. Mysteria apud Eleu-  
sinem terræ Atticæ duorū generū celebrantur: ma-  
gna & parua. Cereri sacra erāt magna: & Proserpi-

F iii

## ADAGIALES FLOSCVLI.

næ parua. Posterius recepta sunt hæc. Quin & ratio ferme traditur ista. Ab Atheniæsibus petebat Hercules ut iniciari liceret. Lex id vetabat: qua cauebatur ne peregrinis impertinentur mysteria. At illi & viri præsignem admirati virtutem: & omnium capacem animum: simul etiam amicitia periunctis: quæ vetus fere ciuitati cum eo intercedebat: simul q̄ Louis filius esset: diceretur q̄: ne quid abnueret: cui nil negatum vellent: rationem inierūt: qua nec Legi derogaretur quidpiam: & nihilominus compotem voti Herculem facerent. Protinus nāq̄ parua instituere mysteria: quibus & illum iniciarunt. Verum obseruatum in ijs: vt quam quis dū iniciatur: vestem forte gestasset: eam né vnq̄ exueret: donec victa tempore omnino fieret ingestabilis.

Cotabissare. CLVIII.

**E**stiuum Adagium in eos: qui audiūs in dies epulis distenduntur: & ultra q̄ genuinus stomachi calor perficere queat infaciuntur: aut quotidianam cruditatem Laconicis excoquunt: aut vomitu leuant. Quos Seneca vomere ut edant: edere ut vomant tradit. De quibus item & ille ait. Quid enim oro te liberale habent isti ieuniū Vomitores: quorum corpora in sagina: animi in macie & veneno sunt? Ex Grammaticorum porro cella illud nobis se ostentauit: bene potos quosdam Vomere consuesse: quod nonnulli Cotabissare dicunt.

**S**emiramidis Tumulus. CLIX.  
Semiramidem totius orientis Reginam: & mulierum omnium: quarum ex Historia ad nos dela-

ta notitia est: longe celeberrimam: scribit Celius:  
 quum sibi iam magno natu monumentum: in quo  
 perfuncta humanis reconderetur strueret: inscri-  
 ptionem huiusmodi exculpendam curasse. Quicū  
 q̄ ex Regibus pecunię inopia senserit: conditorio  
 recluso sumat inde quidquid visum fuerit. Id quū  
 perlegisset Darius: ut qui auriforetauidior sepul-  
 chrum iussit recludi: sed in eo pecuniā quidem  
 inuenit nullam. In has autē incidit literas. Ni ma-  
 lusvir fores: & pecunia prorsum inexplebilis: non  
 vtiq̄ mortuorum loculos moueres. Suggillatione  
 lepida in sacra aurifamem: eminentissimi dixere  
 auctores: quod pro speculo nobis iugiter haben-  
 dum est.

Soles duos non patitur mundus. CLX.

A.D.A.C.  
**A**lexandrum Macedonem Oriētis debellato-  
 rē tradit Historia: dum orbis terrarū affecta-  
 ret Imperium: animo ingenti Persarū Regi Dario  
 īdixisse bellum. Quo tempore is audaciam iuue-  
 nis reformidans: simulq; virtutem admiratus pre-  
 celsam nec sane publicam: ob idq; sibi fatalem quo-  
 dammodo præsagiēs: quibuscumq; modis incum-  
 bēs exitium euadere commolliebatur. Missisq; ad  
 hostem legatis: primum aurivim magnā illi obtu-  
 lit: alia item eximia. Quod vero potissimum: Asiq;  
 Imperium portionibus æquis cum eo se diuisu-  
 rum repromisit. Ea quum foret auditā Parmenio  
 ni inter Alexandri familiares præpotenti. Accipe  
 rem ( inquit ille) si Alexander essem. Et ego per

F. iij

## ADAGIALES FLOSCVLI.

Jouem (inquit Alexāder) si Parmenio forem. Ius-  
fit vero Legatos Darío ita renunciare: Neq; mun-  
dum Soles duos: neq; duo summa regna: saluo ter-  
rarum statu: concoquere posse. Quod veteri con-  
firmatur Apohthegmate Bracteato. Regnum nō  
patet duos. Nam vt in Poetico est. Omnisq; po-  
etas Impatiens consortis erat.

Dos est sua forma puellis. CLXI.

**T**l lud ex vberrimo Nasonis ingenio sese nobis  
ingessit de puellis & vrgunculis: quarum venu-  
stas forme magnopere facit ad cōnexum. Nam &  
Apuleius ex Apología secūda. Virgo (inquit) for-  
mosa: & si fuerit oppido pauper: tamen abude do-  
tata est. Affert quippe ad nouum maritum animi  
indolem: pulchritudinis gratiam & floris rudime-  
tum:

Ventri Conçenes CLXII.

**E**os Plutarchus Symposiacorum li. iiij. elegā-  
ter admodū & vrbane: Ventri Conçenes ap-  
pellat: qui non disciplinæ confabulatiōis: beneuo-  
lētiæve participatum veniūt: sed obsoniorum mo-  
do & vorandi vsum. Quos in septem Sapientum  
conuiuio: tanq; vasa conuiuijs sese ingerere scribit:  
vno videlicet repletionis studio. Cato senior quū  
populum Roma. luxu & intemperantia perditū:  
ac fluentē conspicaretur: In eum inuectus. Arduū  
(inquit) est ad ventrem verba facere: qui aures non  
habeat. Nebrida ferre. CLXIII.

**I**n timidos: seu vinolentos perelegans Adagio  
a Nebride insigni: quam Bacchus gestaret,

Pardalea vestitus.

CLXIII.

**T**Neum: qui est moribus varijs: & velut multis  
interpunctus notis. A Pardalea pelle Pardalis  
animalis.

Lycea Conuestitus. RLXV.

**T**N hominem furacem: simili ratione: & prædo-  
nem: more lupi.

Aduentores CLXVI.

**A**Duentores per Parcēmiam dici possunt: qui  
soliti sunt in Cauponā cuiuspiā diuertere( vt  
ait Apuleius) Et nunc(inquit) Senex ille doliū in-  
natans vini sui Aduentores Pristinos fece summis  
sus officiosis ronchis raucus appellat. Trita vox  
ea imperitæ quoq; plēbi. Sunt & sui apud Plautū  
meretricibus aduentores.

Mugil ieiunus. CLXVII.

**T**D promi in eos volūt: quibus iustitia bonitasq;  
parū vel nil omnino affert emolumenti: quādo  
iustissimus videtur pīscis hic dum parcitalijs: & in  
de Famelicus visiū semper: etiā si de iustis intelligē  
dū Atheneus putat. Celius tamen(sicenim diuer-  
forū capitū diuersi sunt sensus) & gulonibus Ada-  
giū id congruere dicit: quorum animus in patinis  
semper est: nec estuans gula expleri valet: q;uis yber  
tim terras populetur & maria,

Alter Hercules CLXVIII.

**P**Rouerbialis hiperbole: de statuoso laborūq;  
tolerantissimo quopiam. Fuisse etenim Busse  
quā Titomū ex Celio accepimus: corpore ingen-  
ti: viribus præcellentē. In eum vbi incidisset Milo

## ADAGIALES FLOSCVLI.

numero itē obscuriori: in cuius enarratione hacten  
nus aqua hēsit. Et Hermolaus lectiōis vir pene in-  
credibilis: ac ī re literaria detritus plane: & retrorū-  
dus: & exactissimi iudicij: In eo tñ Fabij loco. In  
Malaco sanū: qđ sentiat: non satis constitutū habe-  
re: ingenue fateāt. Quū nō aliud significetur ex Pe-  
ripateticoꝝ scholīs: q̄ in carnīs mollitie & raritate:  
summam intelligi mentis sanitatē: hoc est pruden-  
tiam & perspicaciam. Huc vſq; Celius. De Malac-  
co autem si quis ambigit: norit id verbum vocabu-  
lo Græcanico significare molle & delicatum. Ma-  
lacum Pallium dixit Plautus ī Bacchidibus: pro  
mollī & delicato. Et Malacia prægnātūm Plinio  
est mollities quedam. Verbum quoꝝvetus est Ma-  
lacissare: quod significat mollire/mitigare/man-  
suefacere. Vnde Plaut⁹. Sic Malacissandus es: hoc  
est mitigandus.

### Comica facies

CLXXI.

C Omicam faciem apud Lucianum illum quidē  
cognomēto Blasphemū: vt q̄ nec dijs: nec ho-  
minibus peccerit (quod inquit Lactantius) sed do-  
ctum tamen atq; ingeniosissimū: constat positam  
pro exporrecta iucunda hilariq;: vbī frons nec ma-  
tutina est nec striata: sed renidens & lēta. Eius ver-  
ba si quis forte reqrat: latinitate donata subsignat  
Celius. Nil (inquit) iniustius opinor: vel omnino  
seruilius: q̄ mordentem labrabilem subalere: & oc-  
clusum odium augere: vnum quidem mētem agitā-  
tem: aliud vero proferentem: & Comica facie hilari-  
q; atrocem meditari concipereq; Tragediam.

## Risus Comicus

CLXXII,

